

dere teneatur. VV. art. disc. font. 71. ex. 1. Quidquid sit de hac controversia, puto quod unctus per Sacramentum Confirmationis tam in gratia, quam in gloria non unctio ceteris paribus precedat.

28. *Roborat Christianum in fide.*

Ante Festum Pentecostale, & præsertim in Passione Domini Apostoli erant infirmissimi, postea facti sunt invicti & intrepidi. S. Gregorius ait: *Quales ante adventum Spiritus Sancti fuerint, scimus, post adventum illius cuius fortitudinis facti sint, conspiciamus.* Lucian. 1. 1. conc. 42. n. 5. *Sicut exigit militaris ordo, ut cum Imperator quemcumque in numerum receperit militum, non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturum,* ait S. Melethius Pontif. Lucian. 1. 1. conc. 42. n. 7.

Neque in Baptismo Samaritarum, neque in Baptismo Eunuchi legitur, visibiliter datum esse Spiritum Sanctum, sed id reservatum est Sacramento Confirmationis, utpote in quo confertur robor, & plenitudo Spiritus Sancti ad libere proficiendum, & prædicandam fidem Christi. C. in A. A. Apost. c. 8. v. 16.

In hoc Sacramento datur donum caritatis, & fortitudinis, quo fortiter dimicemus contra adversarias potestates in militia Christi. Hoc dono Apostoli sibi orbem subiecerunt, & qui antea trepidi inter parietes latitabant, postea non solum in Judæa & Samaria, sed in toto orbe Christi crucifixi fidem, usque ad gladios, rogos, & farragines prædicarunt. Iisdem armis per Sacramentum Confirmationis instructi Martyres pro fide decertant. S. Cyprianus Martyrum coronas Sacramento Chriftianitatis attribuit. Dum contra illi, qui Sacramentum hoc neglexerunt, maxime in hæresin, & apostasiam inciderunt; quia negligentes Deum, a Deo neglecti sunt. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 4. Dayeroult. de Conf. num. 12.

29. *Deputat ad servitium Dei.*

Sicut olim Dominus Deus ex oleo, Exod. 30. myrrha, & cinnamomo unguentum confici præcepit, quo tabernaculum, vasa, & suppellex universa ad cultum Dei consecrabatur: ita per oleum sacre confirmationis homo corpore, & anima ad servitium Dei deputatur. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 2.

Dices: Etiam gratia Baptismalis deputat hominem ad servitium Dei. Respondedo, magna est differentia inter utramque gratiam. Nam 1. Gratia Baptismi facit hominem tyronem fidei, sed gratia Confirmationis facit Militem Christi. 2. In Baptismo datur Spiritus Sanctus ad veniam, in Confirmatione ad pugnam, ibi mandamur ab iniquitate, hic munimur virtutibus. 3. Gratia Baptismi facit Christianos, sed gratia Confirmationis facit Apostolos: Apostolice ceperunt sapientiam, eloquentiam, caritatem, fortitudinem, & miraculorum donum, ita ut Christi fidem usque ad mores cruentas professi sint. Gratia confirmationis facit Martyres: certe robor Martyrum merito adscribitur huic Sacramento. Habetur ab experientia, multos in hæresin, & apostasiam incidisse ob neglectum hoc Sacramentum; non enim frustra invocatur a Pontifice Spiritus Sancti septiformis gratia, quam dum aliqui negligunt, etiam a Deo ita negliguntur, ut facile in errorem inducantur. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 4.

Propterea hoc Sacramentum imprimi charactere, ut sicut milites ex signo militari dignoscuntur, quod v. g. Imperatori aut Regi Galliarum militent; ita demon ex hoc caractere statim agnoscat, hunc Christianum ad militandum pro Christo, & Dei gloriam hoc Sacramentum in auctoratum esse.

EUCCHARISTIA.

30. *Dat vitam spirituales, & eternam.*

**C**ibavit illum pane vite, & intellexit: *Eccl. 15.*  
Christus, Patris sapientia, seipso, quali pane vivo & Divino nos realiter pascit, itaque nos vivificat, ut nos faciat resurgere ad vitam immortalem, juxta illud: *Panis Dei est, qui de caelo descendit* 1o. 6.  
*Et dat vitam mundo.* C. Eccl. 15. vers. 3.  
Eucharistia vitam etiam communem dat omnibus fidelibus, hinc dicitur *Communio, seu Communis unio.* 1. Quia cibus est, cui assidens communiter omnes fideles. 2. Quia est cibus in individuo cuique communis, id est Corpus Christi, quod non fit in aliis cibis. 3. Quia unum corpus facit omnes, qui de uno pane participant. 4. Quia omnibus fidelibus quasi unam Divinam morum conjunctionem facit; hinc Eucharistia est *omnium Sacramentorum consummatio* *Eccl. Hiero.*  
*perfectio.* C. Act. 2. v. 42. *Eccl. Hiero.*

Eucha-

Eucharistia comparatur favo ex triplici ratione. 1. Quia sicut favus continet mel, ita Corpus Christi continet animam ac Divinitatem. 2. Sicut favus fit ab apibus, quæ virgines sunt; ita Corpus Christi ex purissimo Immaculatæ Virginis Sanguine, cooperante Spiritu Sancto factum est. 3. Sicut favus semel dulce & ori & stomacho; ita Eucharistia miram instillat animæ consolationem, & delectationem spirituales. S. Cant. 5. v. 1.

Manna habet analogiam cum corpore Christi: 1. Quia sapor & dulcedo utriusque æqualis. 2. Quia non sapit nisi relictis ollis Ægypti, id est voluptate carnis. 3. Infidelibus & avaris vertitur in vermem. 4. Post Manna pugarunt Hebræi cum Amalec: ita post Eucharistiam pugnamur contra tentationes &c. Manna sunt consolationes spirituales, & gaudia Beatorum. C. in Exod. 16. v. 35.

31. *Mutatur miraculose in varias species.*

S. Vvittekindus Saxonæ Duk tempore Paschali Sacre Christianorum Communionis adfuit. Vidit in Sacra Hostia, quæ a Sacerdote distribuebatur, pulcherrimum ac caelesti luce radiantem puerulum, qui nonnunquam lætus in os ingrediebatur, nonnunquam tristis & reluctans. Eo viso ejuravit idololatram. N. 7. Jan. Cranzius 1. 2. Saxon. c. 23.

B. Paula a S. Teresa S. Hostiam in forma flammæ, undique scintillas ejaculantem vidit, simulque audivit vocem: Ignem veni mittere in terram, &c. *Marchant. 9. Jan.*

Judæus quidam ex curiositate S. Basilium sacrificantem visurus, in manibus Sancti Episcopi videt gloriose radiantem puerulum: eoque portento conversus ipse cum tota familia Baptistum suscepit. Dayeroult. de Sac. Euchar. tit. 8. num. 4.

Judæus Præge in Bohemia fide Baptistum suscipiens, Sacram Hostiam in Communionem acceptam secum in Hungariam deulit, eamque cuidam Judæo donavit. Hic convocatis foctis, experientiam facturus, an revera Christianorum Deus hic lateret, Hostiam cultris vulneravit. Ex continuo effluxit sanguis. Fulmen etiam in ades illapsum scelus prodidit. Judæi capitali supplicio confecti sunt. Flores exempl. c. 5. tit. 3. Ex. 11.

Auti plurali Parisiis Sacra Hostia mutatur in elegantissimum infantulum, ad cuius aspectum tere totum regnum confluit. B. Serin. 5. n. 43.

In Hispania ante irruptionem Maurorum volebant Christiani belliduces Sacram Communionem sumere, sed quoniam ab hostibus jamjam imminuentibus impeditabantur, interim Sacra Hostia in corporali asservantur, dum post relatum a Christianis victoriam iterum exponuntur, videntur interim copioso sanguine fillasse. D. 10. 41. E. *Eucharistia* num. 27.

Mulier non credens suos panes, quos ipsa coxerat, in Christi Corpus mutatos esse, orante S. Gregorio videt illos in carnem figuratos. Artianus hæreticus & Sacra Hostia, quam puer Catholicus secum domum asportaverat, videt tres pulcherrimas præsentia excrecere. Sacerdos dubitans de præsentia Christi videt, dum Hostiam frangit, copiosum sanguinem ex ea fluere, &c. Sanchez 7. part. c. 4. fol. 970. seq.

Quidam indignè communicans vomitu coactus ejicere SS. Hostiam, efficit elegantissimum puerulum. Quidam faeces ciborum ablatum cum SS. Hostiis in paludem projicit, & subito locus caelesti fulgore tandiu coruscavit, donec Hostia ab Episcopo collecta fuit. In Hispania in urbe Dorocora sex SS. Hostiæ, quæ ob irruptionem Maurorum a belliducibus lumi per tempus non poterant, a Sacerdote occultantur, & postea sanguineis guttis resperse inventurur. Mulier ad cupendum amorem mariti SS. Eucharistiam secum domum fert, & super carbones affare vult, sed SS. Hostia in carnem conversa est. Mulier illam abiecit sub sinetum, sed tandem post septem annos rem aperuit Sacerdoti, qui SS. Hostiam eruit. Est hodie dum incorrupta, &c. Marchant. Candel. Myst. tr. 4. lect. 6. in fine.

Mulier panem, quem ipsa pioferat, vocat Corpus Christi audiens, dobit, & dein SS. Hostiam in altari in digitum mutari videt. E. *Eucharistia* n. 12.

32. *Quanta reverentia colenda sit.*

Sara, quia inadverterent ridet in præsentia Angelorum, corripitur: Quid tibi fiet, dum præsentè Deo rides? S. punct. 18. fol. 65.

Jacob in Mesopotamiam itinerans timore corripitur, quia in illo loco dormit, ubi flo tempore adificandum tabernaculum præcognovit. S. punct. 18. fol. 66.

Angeli apud sepulchrum tanquam apud celum manent, ait Chryostomus, ut ostenderet Deum ibi fuisse. S. punct. 152. fol. 479.

Jofue

Jolue præcepit populo: *Seguimini! st- que inter vos* & *Arcam spatium cubitorum duorum millium*. Cur tantum spatium? Respondeo, ob reverentiam Arce. Si ergo usque adeo colebatur figura, quanta submissione oportet venerari figuratum? S. punct. 152. fol. 480.

S. Chrylologus inter Sacrificium videt sanctos Angelos lanceis pedibus circumire. Sancto Basilio Angeli ad aram ministrant. Idem legitur de S. Samone Episcopo. Sanchez part. 7. c. 4. fol. 969. seq.

P. Franciscus a Puero JESU nullum præteribat templum, quin ingressus Deum Eucharisticum genuflexus, prolixo tempore, si per negotia liceret, adoraret. Quæsitus causam, reposuit: quam incivilis & effrons esset famulus, si thronum Regis ac Domini sui præteriret, & non debitum illi obsequium præstaret?

S. Ludovicus Galliarum Rex in Syria captivus, cum a Sultano libertatem peteret, pretiosissima auri argenteque pignora in fidei obtulit. Verum non acquiescens Sultanus ab illo petiit, ut Sacram Eucharisticum Hostiam sibi pignori relinqueret. Quare? quia vidit quod S. Ludovicus hanc quotidie multis horis ardentissima devotione adoraret, ideo iudicavit hunc esse thesaurum Ludovico præceteris æstimabilem. Mastrill. To. 2. ser. 64.

33. *Est prodigium amoris maximum.*

Thronus Salomonis in medio habebat carbonem ignitum, ubi per hunc thronum Sancti Patres intelligunt Eucharisticam, quæ ad sui amorem nos allicere, illuminat, & inflammat. S. punct. 151. fol. 475.

Regina illa Mausolium Virum ita amavit, ut cineres ejus in potu biberet: hoc idem dedit nobis sumendum Christus. S. punct. 151. fol. 477.

Est Eucharistia quasi columna terminalis Divini amoris, *Non plus ultra*. S. punct. 151. fol. 478.

Eucharistia est compendium mirabilium Dei, nam 1. Transubstantiatio est quasi nova creatio, qua in altari creatur ipse creator mundi. 2. Quia est Mantua supernaturalis & Divinum. 3. Quia est renovatio Incarnationis, in altari enim, quasi de novo incarnatur. 4. Est viva representatio crucifixionis & mortis Christi: *Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibitis, mortem Domini annuntiabitis*. 5. In Eucharistia Deus omnia vetera miracula renovat: olim-

quam in vinum, sed hic vinum in fudum sanguinem mutat. Facit ut corpus suum consistat in puncto, ut accidentia manent sine subiecto. 6. Est obiectum, circa quod exercemus omnes virtutes, Fidem, Religionem, Spem, & alias. 7. Est ignis amoris Divini accendens in cordibus nostris caritatem. S. Augustinus ait: *Factus es Deus homo, ut homo fieret Deus*. C. in Zach. 9. v. 17.

34. *Opem fert contra mala corporis & anime.*

Hæmorrhøisa tantum in sinitria vestis Christi auxilium invenit: ubi Chrylologus: O quam docuit Muller, quantum sit Corpus Christi, quæ in Christi sinitria tantum esse monstravit. S. punct. 29. fol. 126. & seq.

Mulier in desperationem acta, cum jam finem gutturi apere vellet, audit signum pro elevatione Corporis Christi in Missa dari: genuflexit pro more solito, & orat: Domine JESU Christe miserere mei! & ecce! statim trabs, cui sonis erat annexa, fracta est & demones auditi sunt: Virtus Corporis Christi ter liberavit a damnatione. E. *Eucharistia* num. 30.

Tempore Eridentiæ Imp. cum Saraceni urbem Assisiam obsidebant, S. Clara Venerabile Sacramentum manu tenens, & Dei auxilium implorans ad ipsa urbis mœnia perrexit, & ibi vocem audit: Ego vos non deseram! Eo momento hostes confecti in fugam abierunt, & qui mœnia descendebant, præcipitati & excacati perierunt. *Surius*.

S. Liberalis & S. Severus ea die, qua sacram Synaxin recipiebant, nullo alio cibo refectebantur, & sic primus sæpe per totam septimanam sine edulio perseverabat. *Petr. de Nard.*

Quidam in naufragio periculo Sacram Hostiam linteolo involvitam & collo appendit, sequæ in aquas libat. Sicque mirum in modum in litus enatat, prout narrat S. Ambrosius. Navis tempestate ad naufragium collisa in litus evasit, in reverentiam S. Hostiæ, quam Maximianus Monachus, postea Episcopus Siracusanus, secum habebat. S. Gregorius.

Per SS. Eucharistiam cæci illuminati, claudi erecti, mæli loquela donati sunt, &c. Dayerout. de SS. Euch. Tit. 10. n. 8. 9. & seq.

35. *Valeat contra demonum præstigias.*

Hæreticus spondet fratri ex Ordine Prædicatorum, quod si suæ Sectæ accederet, illi Christum & Sanctissimam ejus Matrem offendere velit. Frater simulat se assentiri, & secum clam Sanctissimam Eucharistiam sumit. Ducitur ab hæretico in specum montis, ibi palatium & in eo aurea sedes, in quibus Christus & B. V. nec non sancti cælites in immenso splendore videbantur residere. Obstupuit frater, accedit, SS. Eucharistiam extrahit, B. Virgini tradit inquam, en si Mater Dei es, Filius tuus, & totum conciliabulum mox dissipavit. E. *Eucharistia* n. 4.

Albigenses Hæretici pro confirmatione suæ Sectæ faciebant prodigia, ita ut supra aquas ambularent, Sacerdos hanc deceptionem detestatus SS. Eucharistia benedixit aquas, & hæretici submersi sunt. E. *Eucharistia* n. 6.

Hæreticus ad rogam condemnatus ridebat flammam, eaque uno oris flatu, aut nuda manus extinguebat. Episcopus SS. Eucharistiam afferri, & rogam reaccendi jubet: tunc hæreticus opem demonis denovo cepit, sed responsum retulit: Nunc opem tibi ferre non amplius possum, quia potentiori cedere cogor! *Cassar.* de Comm. n. 24.

Impudens femina hospitem suum ad impurum amorem magicis artibus inflammat, ad has etiam sacram Hostiam usurpare voluit. Verum dum illam in regula inter prunas reponit sacra Hostia formam carnis induere, & sanguinare cepit. Territa mulier Sacramentum subius terram defodit, ubi post septem annos erutum magnis miraculis claruit. Dayerout. de SS. Euch. tit. 9. num. 7.

Catholica Mulier compulsa a Viro infidelis hæreticam concione accedit: Et ecce! quia ea die sacra Communione refecta fuit, Præco Calvinista in cathedra obmutuit. Vir autem Marius salvificam fidem amplexus est. Dayerout, de SS. Euch. Tit. 10. n. 5, & seq.

Guido de Lachia Episcopus Brixinensis, sycophanta & hypocrita, instar Sancti tumulabatur. Comperito autem postea, quod revera fuerit hæreticus, ossa ejus exhumata publice rogo injecta sunt. Comparuerunt autem demones, & ossa flammis erepta in aera efferebant cum jubilo, ita ut populus innocentiam Guidonis deprecare, & vix non iudices lapidare præsumeret. Verum Episcopus

D. *Clavis spirit. univers.* Pars III.

SS. Eucharistiam afferri præcepit, quæ demones ex aere ululantes dejecit, & ossa impij simulatores concremare perrexit. Deltio apud Dayerout. de SS. Euch. tit. 10. num. 16.

36. *Non creditur ab infidelibus ob irreverentiam fidelium.*

Solimanus Turcarum Imperator Hungariam vastans in quadam Ecclesia panem Eucharisticum manu tollebat, ajens: O cæci Christiani, qui hanc micam colitis, quam ego nihil, nisi panem esse deprehendo. Si modo hic barbarus ex orco rediret, & videret irreverentiam Christianorum, multo minus crederet, &c. Vide Titulum: *Irreverentia in templis*.

Nobilis in India audivit ex S. Xaverio concionantes tres Religiones in orbe invaluisse, Judaicam, Machometanam, & Christianam, atque hanc esse securam ad salutem. Decevit ergo omnium trium Religionum ceremonias intueri, & profectus est in Palæstinam, ubi vidit Judæos in Synagoga: dein in Turciam, ubi vidit Machometanos in suis Moscheis: denique in Europam, ubi vidit Christianos in suis Templis. Reversus in Indiam, & quæsitus, quid jam censeret de diversis Religionibus, respondit: Judæorum Religio est mimica supersticio: Turcarum Religio est porcorum coluvies: Christianorum Religio est audax sulcicia; quia cum se Incarnati Dei corpus comedere credunt, in omnes tamen voluptates, & vitia prorunt. Sic impij Christiani maculam aspergunt fidei. March. Candel. Mystr. 4. Lect. 3. propos. unic.

Impius quidam Sacerdos sacram Hostiam Judæis vendidit, qui illam injurijs affectam pugionibus confoderunt. Detestabile facinus! sed quid mirum, quod Judæi sacram Hostiam persecuti sint, cui Sacerdos novus Judas factus est? Dayerout. de SS. Euch. tit. 12. n. 1. Sicur devota Adoratio SS. Eucharistiz multos Infideles ad fidem convertit; ita vilipensio, & irreverentia hujus SS. Sacramenti multos in infidelitate confirmavit, aut etiam Fideles pervertit, & depravavit, &c.

In ea Christus verissime præsent.

Quamquam circa hoc mysterium locutus nullus sit humane intelligentiæ, tamen multi vacillant, cum sibi imaginari nequeunt, qua ratione Christus Dominus in plurimis Hostiis sit præsens simul

B & c.

& semel: Fides hoc teneat: ceterum scimus, etiam Sanctos nonnunquam in duobus locis simul fuisse: S. Ambrosius Mediolani rebus Divinis interest, & simul funeri S. Martini Turonis. S. Severus sub officio Divino obdormit, exasperatus diei se Mutina fuisse, & ibi funus Episcopi Gemianis sepulchro commendasse, quod revera ita compertum fuit. S. Antonius simul Verbum Dei predicat, simul in choro canit. S. Xaverius orta tempestate maris simul in navi pratoria, simul in scapha cernitur, &c. D. 6. 34.

Quadam mulier, cum in alveari nulum mel inveniret, frustu alterius feminae sacram Hostiam in Communione sumptam in alveari collocat. Et ecce! apes extruxerunt e cera templum, in coactare, atque in eo sacram Hostiam collocarunt. Id mulier Episcopo indicavit, qui cum omni Clero sacram Hostiam veneratus est. Sanchez, par. 7. c. 4. fol. 980.

*Ordemb.*  
*1. Locust.*  
*Janu. 53.*  
*An. 1384.*

Ofvaldus Mulserus Nobilis Tyrolensis haesitans circa hunc articulum voluit majori Hostia in Paschate communicari: sed ecce! saxum altaris instat ceræ, ubi se tenebat, liquefactum est, & ipse genuum tenus in terra demergi cepit. Extant hodie adhuc vestigia. March. Candel. Myfl. tr. 4. lect. 4. prop. unic. Vide Daveroult. de Ss. Euch. tit. 9.

Per decem & plura secula in Ecclesia hic articulus fidei de vera & reali presentia Christi in Eucharistia inconcusus stetit: Berengarius primus fuit, qui hanc veritatem in dubium vocavit, sed a S. Fulberto (hic ille Sanctus est, qui a Beatissima Virgine lactis guttula a vitærum doloribus fuit repente sanatus) ita fuit confutatus, ut terque quaterque ante mortem suam hæresin revocavit. N. 10. April.

### 36. Adoratur etiam a brutis.

Ovicula S. Coleræ, quam continuo sequebatur, in choro sub Elevatione sacre Hostie solebat in genua procumbere. R. 1. cent. par. 2. mir. 17.

Nora est Historia de asino S. Antonii, qui ad confortationem Hæretici Bovilli genua coram Sanctissimo demisse curavit. March. Candel. Myfl. lect. 3. tr. 4. prop. unic. ad finem.

Homo pauper habebat alvearia magna, & in iis advertit, quod apes de die festis, atque etiam de nocte concinerent: Monuit Episcopum, & hic fracto alveari invenit Ss. Sacramentum in altari cereo, instar eboris factum, a circumstantibus a-

piibus adorari. Transiit Sanctissimum in Ecclesiam, cumque rumor in populo crebresceret, duo fures, rei novitate perterriti facti sunt, quod in vicina Ecclesia sacram pyxidem furati Ss. Hostiam in illud alveare proiecissent. E. Eucharistia num. 3.

Mulier apibus deficientibus infortunata, frustu aliarum Ss. Eucharistiam, in Communione sumptam, in alveare concludit: verum apes illi adiculum & altare pulcherrime construxerunt. E. Eucharistia n. 5. Daveroult. de Ss. Euch. tit. 13. n. 2.

Nocturni fures ex Ecclesia Sacrum Ciborium cum Ss. Hostiis abstulerunt: cum autem viderent Ciborium esse de villorij materia, quam de auro vel argento, illud in proximum agrum abiecerunt. Postera die, ubi ruricola ad arandum venit, boves genuerit non poterant nec verberibus de loco dimoveri, donec Ss. Ciborium cum Hostiis a Sacerdote publica Applicatione in Ecclesiam fuit repositum. Daveroult. de Ss. Euch. tit. 13. n. 1. & seq.

### 37. Inhonorata vindicatur.

Ss. Hostia dum a Judæis Presburgi cultus confoditur, domus fulmine incendiatur. Gubernator urbis comperta incendii causa Judæos extremo supplicio sub carnifice multavit. March. Candel. Myfl. tr. 4. lect. 4. Quinto mirabili.

Metuant sibi terribi Christiani, qui in templis irreverentes sunt, vix genu curvant, oculos in omnes angulos conjiciunt, & altorum devotionem turbant. Praefertim mulieres in vanitatibus suis sibi complacent, vestes suas ostendunt, & alienas explorant, rident, & garrunt. Non mirerentur si infortunio repente in penam obruantur. March. Candel. Myfl. tr. 4. lect. 6. prop. 1.

In Anglia quidam factor impugnabat Ss. Eucharistiam veritatem: conveniunt ergo Episcopi illius errorem examinatori: convictus est factor, & justus coram Ss. Hostia genua curvare: reposuit se malle curvare coram aranea: & ecce! subito de sublimi fornice templi horrida aranea descendit, & in os factoris penetravit. Agnovit populus penam blasphemiae. March. Candel. Myfl. tr. 4. lect. 6. prop. 1.

S. Hildegardis jam anno 1180. prophetauit, Germaniam hæresi puniendam esse ob indignam tractationem Ss. Eucharistiae. March. Candel. Myfl. tr. 4. lect. 9. prop. 1.

*Thom.*  
*Psalm. 9.*  
*1. contr.*  
*Psalm. 1.*

Ne-

Nefandum flagitium fuit Urbani Formensis & Pelicis Idicrensis Donaristarum, qui iusserunt Ss. Eucharistiam canibus projici. Sed statim adfuit Divinum Judicium: nam canes illorum pælle accendi statim illos dilaniarunt. March. Candel. Myfl. tr. 4. lect. 10.

*Vincenz.*  
*Belluac.*  
*Spec. hist.*  
*135. c. 30.*  
*Conf. Ser.*  
*de Paris.*

Berengarius fuit primus ex hæresarchis, qui presentiam Christi in Eucharistia negavit, de hoc scribit Vincentius Belluacensis, & Gerson, quod vivus fuerit traditus in potestatem diaboli. Unde cum S. Fulbertus Episcopus Carnotensis argueret, & Berengarius cum inviseret, Venerabilis Præsul alium inelamavit, toto corpore intremuit, rogavitque, ut impius et domo ejiceretur: quia immanis dæmon ad latus ejus assisteret. Hic Berengarius dein, alteram penitentiam egit ob seductas animas.

*Cesar. 1. tr.*  
*Dial. 3.*

Anno 1218. in Frisia Dei vindicta contra injuriam Ss. Eucharistiae manifeste apparuit. Quidam Friso gula, & ebrietati deditus quoties ebrius et taberna domum rediit, furiose coniungem verbibus excepit. Hæc ut tyrannidem evaderet, simulavit morbum, fecitque sibi Ss. Sacramentum afferri: attulit illud Sacerdos ebrio marito adventante, & haustum cerevisiæ Sacerdoti offerente: iste reponerat, jam tempus bibendi non esse in Christi presentia. Iratus ebrius vas cerevisiæ sacre Pyxidi impingit, ita, ut sacra Particula omnes in terram caderent. Matronæ vicinæ, quæ consolationis gratia conveniant, supra singulas Hostias viderunt stellas radiantes, quas Sacerdos collegit, & impius aculeavit apud Episcopum. Ille ab Episcopo excommunicatus, & Romam ire coactus fuit, ubi pro penitentia iustus est tribus annis in Palastina contra Saracenos pugnare, & prope Damiantiam pugnans occisus est. Nec tamen Deus hanc penitentiam contentus fuit, sed etiam regionem horribili diluvio puniit. Cum memorent mali causam scire, Beatissima Virgo apparuit personæ sanctæ, dixitque: propter iniuriam Filii mei in Sacramento submersa est Frisia, & amplius plagabitur, si condigna penitentia non fuerit subsecuta. Deinde abbas beatissima. Tolle oculos versus mare: fecit illa & contemplata est sacram Pyxidem ab impio percussam in summitate fluctuum natantem sicut duem exercitus: subjunxitque Maria: Ecce Corpus Filii mei, qui mare commoveret ad vindicandam injuriam sibi illatam. O Boni superi! si toties Deus

sic vindicaret, quoties indignè in Eucharistia tractatur, quot regiones submergerentur; &c. Vide Daveroult. de Ss. Euch. tit. 12. n. 10.

Impudens pælle, quæ paulo ante idolorum sacrificio intererat, dein a matre in Catholicam Ecclesiam perducta, sacram Communionem sacrilege fumere praesumpsit statim a dæmone occupata, sacram Hostiam cum sanguine, inter horrendos ululatus iterum exspuit, manifeste indicio, nolle Deum habitare in corde impuro. S. Cyprianus.

Femina sacram Hostiam domi in scriptorio incluserat, cumque illam denuo violere, & manibus usurpare veller, aperto fornice ignis erupit, impiamque terrore exanimavit. Daveroult. Ss. Euch. tit. 14. n. 4. &c.

### Sacra Communio.

38. Ministratur prodigijs a sanctis calicibus, & Angelis.

Sanctæ Catharinæ Senensis Christus ipse: S. Stanislaus Kostka: S. Barbara, S. Marco, & Onophrio Sancti Angeli Eucharistiam porrigunt. C. Lev. 21. v. 23.

S. Dionysio in carcere Christus ipse, S. Bonaventuræ, dum quasi indignus ex humilitate a celebratione abstinet, Angelus particulam Hostiæ consecratae dedit: idem contigit sanctæ Matronæ, cui nomen Bertranda. Ss. Faustino, & Jovita columba panem afferit, ut consecraret, & militem neo conversum communicare poterit. C. Gen. fol. 780. in fine & seq. Vide Sanchi. par. 7. c. 4. fol. 969. seq. C. Exod. 29. v. 37. in fine.

S. Ambrosio desideranti sacram Communionem Deus mittit Episcopum Honoratum. S. Onophoro singulis septimanis Angelus affert sacram Communionem, &c. Sanchi. par. 7. c. 4. fol. 974.

Cum S. Catharina Senensis communicare vellet, & non admitteret sacra Hostia, Angelus ei particulam de sacra Hostia Sacerdoti fabricantis attulit. Sanchez. ibid. fol. 976.

Sancto Chryl. moriturus Ss. Apostoli Petrus & Joannes Ss. Communionem afferunt. March. Candel. Myfl. tr. 4. lect. 8.

Christus ipse S. Stephanus sacrum legit, & sibi eo illi Ss. Eucharistiam porrigit. Ephem. Dom. 2. Jan.

S. Gerlacus Moriens a S. Servatio occultis missis Ss. Sacramentum accipit. Natali 5. Jan.

Z. 2.

S. Ives.

S. Iveta Ord. Cisterciensis apparet S. Joannes Apostolus, & coram illa sacrificans illi S. Communionem porrexit. Alias ab ipso Christo refecta fuit. Quam gratiam etiam B. Veronica de Binafco experta fuit. *Marchei. 13. Jan.*

S. Faustinus & Jovita in carcere ab Angelis Ss. Eucharistia refecta, pro Christo capite truncati sunt. *Laubi. 15. Febr. Vide C. in N. c. 4. in fine.*

39. Sape frequentata est signum predestinationis.

Cur arbor, quam vidit Joannes fuit signum vite, econtra fucus Evangelica a Christo maledicitur? Paulinus ait: quia fucus tantum bis fructificat in anno, illa arbor autem duodecies: felix, qui communionem mensuram usurpat, &c. B. ferm. 48. n. 33.

Buccinate in Neomintuba: sicut enim luna singulis mensibus se reparat, ita solutus, seu peccator sicut luna mutans se, singulis mensibus se reparat, & insignem diem solemnitatis inhiuere per Sacramentorum frequentationem deberet. B. ferm. 62. n. 20. & seq.

Panes propositionis duodecim erant, & unus super alterum ponebatur, ut conservetur calor: ecce! duodecim panes Eucharistici per annum, idest communio mensura conservat calorem caritatis. B. ferm. 62. n. 23.

Sancti & Sanctae ardentissimum habent desiderium frequentis Communionis, ut S. Catharina Senensis, Genensis, Maria Ogniacensis & alii. *March. Candel. Myst. tr. 4. lect. 8. in fine.*

In Historiis mira narantur de inaudita inedia quorundam hominum: ut tempore S. Augustini quidam per 40. dies nullo refectus alimento famem sustinuit. Puella quadam undecim annis, alia decem annis, alia octodecim annis jejuna, & omnis cibi expers permanfit. *W. Art. disc. font. 26. Ex. 2. Verum tam diuturna carentia cibi Eucharistici & spiritualis evidenter post se traheret mortem spirituale.*

Studiosus Confodali suo, prout promiserat, post mortem apparet nuntiat, se salvatum esse, & defacto oculi beatitudine frui. Querebat iste: In quo ergo vel maxime placuisti Deo? respondit spiritus, in sacra Communione saepe frequentata. *Daverent. de Ss. Euch. tit. 12. n. 8.*

40. Imbuuit hominem celesti sapientia.

Scimus eos, qui diu famem patiuntur, oculorum caligine laborare, quae oritur ex defectu spirituum, qui per cibum reforescunt, & visus aciem interdundum. Pane Divino pasti illuminantur, ut possint agnoscere bonum & malum: sentient sibi oculos aperti, & spirituum vim acut, ut perspicacius videant, quamquam illa sint, quae se in via salutis impediunt, & quoniam illa sint, quae promoveant pedes in semita iustitiae: aspiciamus eas fideles, qui frequenter & devote fruuntur cibo Divino, videbimus illos toto caelo diversos ab iis, qui raro aut frigide sacram synaxim accipiunt: quae causa est? Quia longe acutius vident & scelerum turpitudinem, & virtutis pulchritudinem; hinc sunt modesti, humi, casti, temperantes, timorati, minus peccant, rarius cadunt, & velocius resurgunt. Haec omnia debent scientia Divinae, quam hauriunt ex frequenti communiione. Atque in hunc sensum ait S. Chryf. de Ss. Eucharistia: *Hic est fons lucis, diffusans radios caritatis.*

Diabolus primos parentes mendaciter decepit illa promissione: *quocumque die comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii, scientes bonum & malum.* Quod autem diabolus falso promisit, hoc Christus in Ss. Sacramento supplevit, & nobis intellectum & lucem animi. Ita Rupertus: *Illusionem nosquissimi serpentis, qui dixit, comedite, eritis sicut Dii, haec veritas per Ss. Sacramentum in verum effectum convertit.*

S. Catharina Senensis in gravissimis difficultatibus Theologicis consultat, S. Didacum fratrem laicum Deum, & res Divinas illuminatissima mente agnoscit, atque de rebus caelestibus perspicacius doctissimo Theologo discit. S. Francisus Seraphicus, a Viris doctissimis consilio adhibetur, saepe responsa dat, quae versatissimo Theologo expectari vix possent. Unde tanta scientia in hominibus illiteratis, ex conversatione cum Deo, & praecipue ex sacra Communiione, quae est fons caelestis sapientiae. C. in Gen. Proem. de Encom. Script. n. 42.

41. Compefit inordinatas passiones.

Jonas in ventre ceti orans adeo mansuetecere fecit marinam belluam, ut recta ad litus Ninive adnatarit. An non ptabi-

S. Chryf. in c. 6. Joann.

Gen. 2.

Rupert. Abbas in hac verba.

tabimus, quod Christus in corde communicans infrunitas passionum belluas sic cicuraturus?

Christus Dominus comparatur unicorni: quare? an ideo sicut monoceros capi non potest, nisi sinu Virginis; ita Christus amore Virgineae Matris captus est? Est aliqua ratio! sed comparatur ideo; quia sicut monoceros, dum cornu suo aquas tangit, ex eo serpentes, bufones, & omne venenosum expellit; ita Christus in Eucharistia dum animam tangit, tentationes, & inordinatas passiones compefcit. C. 2. Petr. i. v. 17.

Christus Dominus solo tactu sanat leprosum, paralyticum, & foetum Petri febricitantem: Videtur, ait S. Petrus Chryf. quomodo dimittit febris, quem tenuit Christus? ubi non stat infirmitas, ubi auctor salutis assistit. C. in Matth. 8. ver. 15. Idem sperandum de Christo in Eucharistia.

In Historiis legitur, Sanctorum reliquiis nocturnis lemorum, & spectrorum infestationes fuisse depulsas, totaque domum ad tranquillitatem reductam. Et non credemus, sanctissimas praee omnibus Sanctis reliquias, nempe Divinum Corpus eandem habere virtutem? Proh dolor! in anima tua instat spectrorum tumultuantur vitiofae passiones. Passio luxuriae, passio vindictae, passio invidiae, passio luxuriae; quo remedio opus est? age, cum magna devotione Ss. Christi Corpus in animam recipe, sedabitur tumultus, redibit tranquillitas: *Fada est tranquillitas magna in mari.*

S. Petr. Chryf. Jeron. 18.

Matth. 8.

S. Greg. hom. 22. in Ex.

42. Exigit magnam preparationem.

Israeclitae jubebantur agnum paschalem comedere cum lactuici agrestibus, quae sunt ex natura sua amarae, ut indicaretur ante communionem praemitti debere amaritum poenitentiae. C. in Exod. 12. v. 8. seq.

S. Greg. ait: qui vult phase Christianum comedere, accingat renes, idest, voluptates edomet, carnem a luxuria restringat, calcos habeat in pedibus, id est, Sanctorum vitam & exempla conspiciat. Teneat baculum in manu, idest, pastoralem curam gerat eorum, qui sibi commissi sunt, comedat festinanter, id est, ad solemnitatem patrie caelestis anhelet. C. Exod. 12. v. 11. fol. 414.

Qui in sanguine agni vult celebrare pascha & ad terram promissam pergere, debet vivere in azymis, idest, totam vitam sine peccatis transigere. C. Exod. 12. v. 17. D. Claus Spicci. univers. Paris III.

S. Rosa ad mensam angelicam accedens facie praeferebat cordis incendium; haec enim adeo coruscabat, ut sacerdotibus terrorem incuteret. In vita c. 15. N. 30. Aug.

Christus ante oceanum lavit Discipulorum pedes: cur non aequae lavit, antequam eos duxit in montem Tabor, in hortum oliveti, aut ad templum ad orationem? ut offenderet, quanta mundities, & puritas requiratur ad S. Communionem. O quam munda debet esse manus ille, quam purum os, quam sanctum Corpus, quam immaculatam cor sacerdotis, ad quem ingreditur auctor puritatis! *Gentib. Cor Jesu conf. 25. n. 1.*

Antiquitus communicantes prius lavabant manus, quia sacram Hostiam, manus, & Viri quidem nudis, mulieres autem cum puro linco, quod Dominicale vocabatur, accipiebant. C. i. Tim. 2. v. 8.

Audi majora: Candelabrum aureum cum septem lucernis (dona Sancti Spiritus) stabat iuxta panes propositionis, ut luceat ex adverso: ut innuatur, qualiumvis gratia fultere debeat, qui panem Eucharisticum sumit. Sicut igitur Babylonice ille praedo primo hoc candelabrum abtulit; ita demon lumen gratiae auferre studet: cur ille tam indevote accedit: quia candelabrum perdidit, &c. S. pun. 103. f. 29.

Moyfi propter levissimum deordinationem, mandatum est: *ne appropinques huc.* S. pun. 153. fol. 479.

Mulieres, quae introducebantur ad regem, de domo regis accipiebant, quidquid ad ornatum pertinebat: ita a Deo efflagitare debemus condignam preparationem. S. pun. 152. fol. 487.

Mulieres illae coram Assuero comparituae per totum annum praeparabantur oleo myrtino, & aromatibus: myrtus ad statum poenitentium, aroma ad iustos pertinet. S. punct. 152. fol. 478.

Melchisedech quatuor reges vincit, & dein panem & vinum offert: vult Anselmus: cave frater, ne hunc Divinum cibum accipias, nisi postquam de quatuor regibus victoriam reportaveris, qui sunt quatuor praecipuae passiones hominis. S. punct. 152. fol. 482.

Jacob edificaturus altare convocato omnem familiam: tu convoca omnes sensus internos, & externos. S. punct. 152. fol. 484.

Ante tabernaculum stabat labrum aeneum, quo prius lavari debebant ingredientes: tu lava lacrymis animam, antequam accedas ad tabernaculum Eucharistiae. B 3 cha-

76. Rom. 14. c. 21.

charismaticum. S. punct. 152. fol. 486. C. Exod. 30. v. 18.

Multi, proh dolor! sine veste nuptiali, cum vivacibus passionibus, cum iracundia accedunt: agnum comedunt, & leones funt: multi Divinam hanc arcem juxta Dagon collocant, &c. S. pun. 152. fol. 478. & seq.

Hebraei iusti sunt Agnum tollere quatuor diebus ante immolationem, ut agni aspectu, & voce monerentur se preparare ad sacrificium. C. Exod. 12. v. 3.

43. *Est vita bonis, & mors malis.*

Diversa fors erat pincernæ, & piscoris: primus fomiat botram, qui floruit, alter corvos, qui panem auferunt, primo Josephus libertatem, alteri suspendium prædicit. Utraque res tam vinum, quam panis fuit figura Eucharisticæ: cur ergo tam diversos effectus prænotant? Resp. Delictum illorum hoc erat, quod Rex in potu muscam, in pane lapillum reperit: musca in potu aperte jacebat, lapillus occulte, ut significetur, si peccatum aperitur, sacram communionem esse vitam, si tegatur, esse mortem, B. ferm. 25. n. 22.

In urbe Sandaret in Hispania sacra Hostia peregrinantibus ostenditur, quæ aliquibus ut amabilis puer, aliis ut ferus Judex, culliber autem in tali figura apparet, ut ejus conscientia meretur: *sic nos su visitas, sicut te colimus.*

S. David Eucharistiam in spiritu prævidens comparavit illam soli: *In sole posuit tabernaculum suum.* Quare hoc? Quia sol eodem momento, quo nobis oritur, antipodibus occidit: ita Eucharistia bonis est ortus, malis est occasus, & in una distributione communionis fit, ut aliqui illuminentur, alii obtenebrentur.

Sandus quidam Episcopus Eucharistiam distribuens vidit quorundam communicantium vultus nigricare, aliorum rubere, aliorum albescere; quæ differentia agnoscebat eorum dispositionem, aut statum peccati. C. Verbo, *Communio.* n. 4.

44. *Extinguit vitia in communicante.*

Quando Christus in infantia ingressus est Ægyptum, omnia idola Ægypti, quocumque ibat, prostrata sunt. Multo magis idola tua, mi Christiane, id est, vitia debent destrui, cum Christus toties animam tuam ingreditur. Idolum tuum superbia est: & quomodo non repente cadit, a facie Domini, cum vides

Psal. 17.

Isai. 9.

Deum sub sacra hostia adeo humillatum, ut non jam amplius habeat formam servi, sed cibi? Idolum tuum est impotentia, & quomodo hæc non concidit, cum vides mansuetudinem victima, quæ Dominus in illa hostia quotidie tolerat injurias hæreticorum, Hebræorum, & malorum Christianorum, imo & multorum Sacerdotum? Idolum tuum est inclinatio semper tuam faciendi voluntatem: quomodo ista non cadit, cum vides obedientiam, quam Dominus quolibet mane exercet, dum ad solam vocem suorum Ministrorum etiam indignorum sub facris speciebus apparet, &c. Si infans Christus tantum contra idola reportavit triumphum, quanto magis nunc reportare debet adultus? si reportavit fugitivus, quanto magis nunc regnans, &c. Segn. *Manna 16. Maji. n. 3.*

Dum Catechumeni post Baptismum ad SS. Communionem admittebantur Hierosolymis, uti testatur S. Cyrillus, plena musica cantabatur: *Gustate, & videte, quam suavis est Dominus.* Quasi diceretur: O vos, cujus palatum a primis parentibus per pomum inobedientiæ corruptum est, gustate jam suavitatem Angelici panis, qui extinguit omnem gustum delectationis mundanæ: illi, qui vere fruuntur hac suavitate, perdunt omnem appetitum carnis, sensum & voluptatum, quia tota eorum sensatio absorpta est in suavitate cælesti respectu hujus suavitatis, ait S. Paschasius, omnis voluptas mundana: *Est quasi rancidum, rodenque palatum acutè mordacitatis acutum.*

S. Pasch.  
Labe Corp.  
Christi.

45. *Præmunere debet contra peccata.*

S. Joannes Pontifex Maximus ad Justinum Imperatorem itinerans equo utebatur, quo alias Romani Nobilis uxori vehi consueverat. Rediens Papa ex itinere restituit equum, sed iste nec suam Dominam, nec quemquam hominum amplius assumebat, adeoque Pontifici donatus fuit. Mi communicans, tuum cor inlestum fuit a Deo tuo, ageno patere deinceps amplius ullam in eo vitium, &c. Sanch. 6. part. c. 3. fol. 68.

Puer Judæus accedit ad sacram communionem, quod videns pater puerum in ignem projicit: sed ille illeclus manet, dicens: se conservatum fuisse a Virgine illa, quæ pulcherrimum infantulam in brachiis tenet. Sanch. 7. par. c. 4. fol. 969.

Femina Paraguarientis inopero solertatori resistit dicens, se nolle impudicium

tiam admittere ea die, quæ sacram Communionem sumpsisset: & revera mortem potius strangulata oppetiit, quam in nefas consensit. R. cent. 3. p. 2. mir. 6.

In urbe Dorcora in Hispania sex hostiæ, quas ob subitanam Maurorum irruptionem belliduce sumere non amplius poterant, postea sanguinis guttulas sudarunt. Deliberatum est, ubi affervari deberent, & impostæ sunt miti mulæ, quæ eas recta portavit ad templum hospitalis Dorcoræ, & ibi flexis genibus SS. facram deponens statim expiravit; ut nimirum minus nobile onus deinceps assumere non amplius valeret. Ita cor tuum post SS. Communionem non amplius debet assumere peccatum. March. Candel. Myst. tr. 4. lect. 6. in fine.

Quanta audacia, fiduciaque milites in sua lorica aenea confidunt, quæ sagittas hostiles tuti excipiunt, Sacra communio lorica est, quæ cor communicantis tentationibus impenetrabile facit.

46. *Suas delicias non dat gustandas, nisi bene preparatis.*

Sponsæ tunc primum dulces fuerunt fructus, postquam sub umbra sedit: istud sedere est quiescere a vitiis, & tunc sentitur fructus corporis, & sanguinis Domini, ait Richardus. M. conc. 34. ass. 3. n. 2.

Moyfes in montem vocatus septem diebus non admittitur ad alloquium Dei: ubi Beda rationem dat: quia per opera, quæ a Deo acceperat, magis ac magis illustrari meruit, &c. si tanta præparatio necessaria est ad locutionem cum Angelo, qui ibi loco Dei loquebatur, quid ad ipsum Deum? S. punct. 152. fol. 480. Hamorrhoïda ad contactum samburgæ sanatur, & nos miseri, ait Chrysologus, de nostris vulneribus non curamur? S. pun. 152. fol. 482. seq.

Postquam Elias calum clausit, ut non plueret, fugit, & in torrente Carith delituit, ubi corvi illi panem, & torrens aquam præbuerunt. Postliminio præcepit illi Deus, ut iret in Sarepta Sidoniorum; præcepit enim ibi mulieri viduæ, ut pascat se. Cur autem Prophetam mittit in Sarepta, an non potuit eum per corvos porro pascere? Nimirum paravit Eliæ panem miraculose de farina, quam una cum oleo prodigiöse auxit. Ecce, quæ viduæ panem humanum habuit, (panis enim ille, juxta Abulensem erat de mensa Regis Achab) & aquam terræam bibit, non est passus panem miraculose. Indicatur hac

figura, quod, qui pane cælesti refecti vult, omnes terrenas voluptates, & aquas carnalium cisternarum fugere, iisque valere dicere debeat. Absint corvi, absint prævales passiones; & in hunc sensum ait S. Chryst. *Nihilus Judas esset, nullus s. Chryst. dom. 15. in Mari. stans; inhumanus accedat nemo, nemo crudelis & immisericus; nemo immundus; nam tales mensa non suscipit.*

47. *Parit magnam rationem olim dandam.*

Sepulcrum, dum Christum reddidit, contremuit, & nos non contremiscimus, dum Christum sumimus, quia reddere rationem debemus? S. pun. 152. fol. 479.

Beatissima Virgo Maria in sermone Angelii turbata est, quia sensit in se superem furtivi Judicem, ait Chryst. S. punct. 152. fol. 479.

Homo peregre proficiscens severissimam rationem exegit a famulis, quibus sua talenta concedidit, inquirens, quod lucrum cum illis fecissent. Parem in modum Divinus Virgo Maria in sermone Christianis, quale virtutis, & sanctitatis lucrum ex communcione SS. Corporis & Sanguinis sui retulissent. Homo ille laudat famulos, qui cum talentis alterum tantum lucrati sunt: ita Divinus Judex recenset merita Sanctorum, qui ex una communcione ferventer & devote peracta ingentem fidem, spem, caritatem, poenitentiam, victoriam sui ipsius, verbo, magnam vitæ sanctitatem reportarunt, atque sic communcione multis deficiam, quod ex probuncione sapius frequentata nec hilo meliores facti sint. Homo ille Evangelicus inerte famulum, qui talentum in terram sine lucro deposuit, justitæ ejici in cæteras exteriores: Eheu? quid fiet tepidis communicantibus, &c.

Ficulnea a Christo maledicta fuit, quia fructum non habuit: sed nunquid pro tunc non fuit tempus fructuum? Esto ita? sed ficulneaportus cum Christo, quam cum tempore conspirare, & ita contra naturam fruges proferre. Eundem in morem communicans non habebit excusationem cum sua natura, sed contra naturam, id est, contra vitia instar naturæ inolitæ, debuisse fructus virtutum proferre; &c.

48. *Accendit cor communicantis Divino amore.*

De Ægyptiis scribit Galatinus, quod antehæc inter ceteros Deos adorantibus  
B 4 Agnum

Agnum flammis circumdatum: longe veracius, sanctiusque Christiani in Ss. Eucharistia adorant Agnum Divinum, qui flammis Divini amoris circumdatus similes flammis in corde communicantium excitat; impossibile enim est digno hoc mysterio frui, & non inflammar. S. Xaverius inter sacrificium aliquot ulnis et terra elevatur; sicut enim sursum tendit, ita illum ignis Divinus versus spem Divinitatis elevavit. De S. Francisco Seraphico scribit S. Bonav. quod erga Divinissimum Corpus Domini fervore omnium medullarum flagrarit. Idem dicit potest de S. Teresa, Philippo Nerio & aliis. Hinc scribit S. Ignatius Mart. Videatur panis Divinus panis immutatus; non jam panis, sed veluti celestis carbis gratia radios spargebat.

De carbunculo scribant Naturalistae, quod tantum calorem internum continet, ut ceram cui imprimitur, liquefaciat. Ss. Sacramentum est talis carbunculus amoris, cor, quod ceram invenit, liquefacit Divinae caritatis ardore.

Captiva puella Turcica, uti narrat P. Rho, Deo conservante erat innotentissima, cumque Christiano more vestita in templo videret Christianos maxima devotione communicare, ipsa quoque ex innocentia ignorantia accessit, & sacram Hostiam accepit. Mirum dictu; tanto intus ardore succensa est, ut altissima voce undis Baptismi abluiderat, veluti incendium restinctura: accepto Baptismo ferventissima Christiana permansit.

Cur ergo nos tam parum accendimur? Respondeo, si carbis ignitus in glaciem incidit, impossibile est, ut illum accendat: Ita Ss. Eucharistia saepe invenit cor glaciatum. Praeterea tam tepide accedimus, ut sacra Communio ipso usa & assuetudine nobis vilescere, & minus estimari videatur, Arca dum primo in castra venit, timebat, sed denique juxta Dagon collocatur: ita nos primo ferventes successive hanc arcam ad plateas, ad colloquia, ad choreas, ducimus & juxta Dagon collocamus. Angeli etsi semper, tamen reverenter stant coram Deo. S. pan. 152. f. 484.

Multi praesertim ex nobilibus erubescunt, saepe accedere ad Ss. Eucharistiam, agunt cum Christo sicut Nicodemus, qui tantum noctu venit ad Divinum Magistrum, &c. D. 12. 46.

49. Converterit mire peccatores.

Deus in Veteri Testamento ad conver-

sionem peccatorum violentis remediis usus est, nisi agebant penitentiam, illos omnino destruxit uti patet in diluvio, in Sodoma & Gomorra, in Israelitis in deserto, aliisque. Non ita in Testamento novo procedit: gravissimi peccatores saepe conversi sunt per frequentem S. Communionis usum. Patriarcha Isaac, postquam comedit cibos a Rebecca submissos, benedixit Jacobo; dum antea voluit benedicere Esau. Sic mutatur voluntas peccatoris per sacram Synaxin, cujus figura erat ille cibus, teste S. Hippolyto Martyre, qui supra illa verba: Det tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam frumenti & vini, ait: Haec est abundantia, quam colligit de Sacramento Corporis, & sanguinis sui. O quot peccatores post S. Communionem longe alii fuerunt.

Sancti tres Reges promittunt Herodi, se inventis Christi cunis in aulam ejus redituros: sed postea mutata mente per aliam viam reversi sunt: quare? quis mutavit eorum animum? Praesepe Dominicum in Bethlehem: audi S. Gregorium: Bethlehem Domus panis interpretatur, ipse namque est, qui ait, Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi.

Cum miles incautus in articulo mortis concubinam nolle dimittere, recessit ab eo sacerdos cum Dominico Corpore. Recedens incidit in S. Bernardum, a quo animatus una cum illo rediit ad agrorum: hunc S. Bernardus allocutus, nunquid, mi Bone, ajebat, dolens, quod dolere non possis de peccatis tuis? affirmante illo, jussit illi S. Bernardus Ss. Domini Corpus porrigi. Et ecce, hoc sumpto ardentissimam contritionem concipiens cum nausea rececit concubinam. E. Verbo, attritio.

Omnia Sacramenta instituta sunt ad sanctificationem per Dei gratiam, Baptismus conferit habitus fidei, spei, caritatis. Confirmatio roborat, ad profectandam, & defendendam fidem. Penitentia ingenerat odium peccati, & sui ipsius per mortificationem. Extrema unctio dat vires contra ultimas tentationes & insidias demonum. Ordo excitat ad lucrandas Deo animas. Matrimonium confortat ad tolerandas mundi tribulationes. Verum haec simul omnia operatur Eucharistia; hinc S. Dionysius ait, quod Eucharistia sit omnium Sacramentorum consummatio, S. Dion. Hier. Eccl. 1. 6. 7. Paucis, hoc Sacramentum est, quod et peccatoribus sanctos facere potest. C. Act. 2. v. 42.

50. Pa-

50. Facilem reddit observantiam mandatorum.

Est mirabile, quod omnes haeretici, qui sunt extra veram Ecclesiam, uno ore dicant Praecepta Dei esse observata impossibilia: sola Ecclesia Catholica docet contrarium, atque dicit, & posse & debere observari. Quae causa hujus rei? Quia ibi, ubi est verum Sacramentum Eucharistiae, praeccepta sunt facilia; quippe hoc Sacramentum suavissime confortat fideles ad observantiam mandatorum. Alibi autem ubi non est hoc administratum, id est, ubi non est Sacramentum, non Sacerdotes, non sacrificium, praeccepta sunt inobservabilia.

Duobus Prophetis Isaac & Jeremiae Deus praeccepta dedit, sed illi diverso modo praeccepta exceperunt. Jeremiae mandavit, ut populo Israel veritatem diceret etiam seriam & duram: & ecce! tardavit, excusavit, difficultatem obtendit:

Th. 6. Nescio loqui, quia puer ego sum. Isaac vero Deus interrogavit: Quem mittam, & qui ibi nobis, & statim prompte Isaac: Ecce ego, mitte me! unde quae in duobus Prophetis tanta diversitas in obedientia mandatorum? Nimirum, quia Deus os Isaac per Angelum purgavit carbone ignito, non vero Jeremiae. Theodoretus ait, per carbonem hunc, quem Angelus forcipe tulit de altari, significari participationem corporis, & sanguinis Domini.

Qui Deum diligit, facile observat ejus mandata; quia amor omnia levia facit. Eucharistia autem est Sacramentum amoris, accendens corda dilectione Dei. Hinc illi, qui grandem difficultatem experiuntur in observantia mandatorum, credere possunt, se fructum hujus Sacramenti nunquam integre percepisse.

Propheta Elias fugiens persecutionem Jezabelis in via se prope subvers juniperum, lassus, lassus, defatigatus, & ita pusillanimitis, ut mori desideraret. Verum apparuit ei angelus, qui panem & vinum ei attulit, & ecce! hoc confortamento adeo refocillatus est Elias, ut ambulaverit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei. O quam multi peccatores in via iniquitatis lassati sunt fere ad desperationem usque! verum cum devote caelesti Angelorum pane reficiuntur, fortitudinem recipiunt, & ambulant in semita mandatorum, usque ad montem Dei, id est, usque ad perfectionem, & salutem, &c.

Sicut Israelicae quadraginta annis itinerantes per Manna et calis deplum ingentia bona receperunt; ita Christiani per Ss. Eucharistiam, cujus Manna fuit symbolum, praesertim spiritualibus consolationibus, quae percipiuntur in victoria tentationum & concupiscentiarum, consequenter observantiam legis. C. Exod. 16. v. 35.

51. A quibus digne sumatur?

Quinque heroes Davidis penetrarunt usque in Bethlehem, id est, domus panis. Primus Semma qui exercitum percussit Philistinorum, & per hunc intelliguntur sobrii. 2. erat Banania, qui Egyptium hastam tenentem occidit videlicet spiritum superbiae, ut significetur, quod cum humilitate accedere debeamus. 3. Asael, velocissimus ad cursum, nempe frequenter accedens citissimus ad cursum in via Dei esse debet &c. S. pan. 152. fol. 481. in fine.

Arca circumducta est, & ubique fecit strages magnas: in templo prostravit, & confregit Dagon, demolita est Azotus, & per singulas civitates repetit interfectiones magnas. Sic Communicans prosterne debet vitium principale, quod ipsi dominatur, dein extirpare vitia consilia & passiones. Denique Arcam seu Christum in sacra hostia debet circumducere per potentias animae: in intellectu debet interficere ignorantiam: in memoria terrestres phantasias: in voluntate proprium velle & nolle, &c.

Jacob edificatur altare, convocat totam familiam: sic communicans convocat sensus internos, & externos: Dicat: vos oculi, qui haecenus ad illecebrosos obtutus evolastis! Vos aures, quae ad mundi nugae & fabulas arrepta fuistis! Tu lingua, quae Dei providentiam & proximi famam allatasti! Tu gustus, qui delictis & cupidis inhiasti! Jam ad obsequium Divini Hostis in locum caelestia desiderantes parati state! S. pan. 152.

Communicans debet ad exemplum Christi I. Surgere a coena. 2. Praeingerere se litteo. 3. Lavare pedes. 4. Depondere vestimenta &c. S. pan. 152. ubi omnia moraliter exponuntur.

52. Elevet hominis animum ad caelestia.

Vicissim olim pedes lavabantur, ut non humi posthac incederent, ait Philo, sed quasi per aethera serantur: ita amans Deum



Deus Christiano præcipit: cum offeris manus tuam ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid aduersus te, vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc reuertis offeras manus tuam: si hæc, inquam, præcipit Deus Christiano offerenti munus ad altare, quanto magis id exigit Deus a Christiano referenti munus ad altari, & quidem munus excellentissimum, quo majus Deus ipse dare non potest! Si sancto Gualberto interfectori fratris sui veniam danti, & cruce benigno vultu annuit, qua facie iudicabitur & sacra Hostia Christianum vindictam spirantem?

## 57. Non sumatur ab homine peccatore.

Sacerdos post commissum peccatum grave in nocte Nativitatis Domini accessit ad altare sacrificaturus: verum ecce post consecrationem adveniens nivea columba illi & calice Ss. Sanguinem ebibit, & Ss. Hostiam abrupit. Postquam autem ille penitentiam egit, columba & Ss. Sanguinem & Ss. Hostiam illi restituit. E. Verb. *Communio* n. 9.

Ægrotus peccatum in confessione celans non potuit deglutire sacram Hostiam: confitens autem peccatum, non minus hanc, quam antea cibos ac medicinas potuit deglutire. E. Verb. *Confessio* n. 31.

Dum S. Cyrus Episc. populum ad fidem convertum communicat, etiam Judæus accedere ausus est. Sed ubi sacram Hostiam ore recepit horrendum ululare cæpit, donec Hostia ab Episcopo fuit ex ore recepta. N. 12. *Sept.*

Quantum nauis & averfionem purissimo Dei Filio causabunt semina eoque impudentes, ut etiam vestitu, ornatuque inuerecundo ad sanctissimum epulum accedere ausint! Petrus antequam per mare curreret ad Christum, præcinit se, quod pudoris est, ait Theophilus. Seraphini velabant pedes, id est, partes illas, ait Gaspar Sanchez, quæ in humana specie non poterant honeste videri. An non Christiana Angelicum pudorem in hoc Sacramento imitetur? S. punct. 152. fol. 480.

Arca Domini in Veteri Lege maxima reverentia voluit tractari: nemini licuit illam attingere, aut transportare: Philistæi dum illam bello captam in suis provinciis detinent, morbis, stragibus, innumerisque malis puniuntur: Ex Betanitis, qui curioso illam oculo scrutabantur, quinquaginta millia morte fu-

blata sunt. Oza labentem contingere ausus a Domino percussus interit. Quid ergo erat Arca, quid complectebatur? fuit figura Ss. Eucharistia, in ea asseruabantur Tabulae Moysis & Manna: Si ergo Deus adeo zelatus est honorem figuræ, quomodo puniet indignè tractantes figuratum, seu Corpus Divini Filii sui? Si talis ultio in umbra, qualis fiet in veritate? ait S. Thomas de Villanova.

S. Thom.  
Villan.  
con. 3.  
de Sacra.

## 58. Aggravat peccatum velapsus.

Deus Israelitis dedit Manna: sed dum iterum murmurant, & affectant carnes, percussit eos plaga magna nimis. Cur non etiam primo punivit murmurantes? Sanctus Cyrillus respondet, quia tunc necdum acceperant Manna: prima murmuratio fragilitas erat, secunda contemptus beneficii Divini. &c. Ita pariter gravius est peccatum cæteris paribus post communionem, quam antea. B. ferm. 60. n. 25. Serm. 70. n. 23.

Deus conquirerit contra nonnullos: si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, sed tu homo unanimes, & notus meus, qui mecum dulces capiebas cibos! Ecce! injuria, quæ ab amico venit paulo ante ad mensam adhibito, pro enormi, & graviore habetur, quam quæ venit ab inimico. Judas sæpe fugillabat opera Christi, & infidus erat in administrando Apostolici collegii peculio, & tamen a Deo non fuit derelictus. Veram cum post cenam Dominicam, sumptumque Christi corpus, Divinum Magistrum vendidit, in reprobum sensum datus, fune se suspendit, & perit.

Infortunia, morbi, & repentinae mortes nunquam magis crebrescunt, quam circa tempus Paschale: Quare? multi putabant, hos esse effectus, & reliquias ex hyemali intemperie residuas, sed Durandus aliam rationem assignat, inquires: Pro eo, quod, cum in quadragesima continenter vixissent, & in Pascha Corpus Domini receperunt, postmodum sudis, comestrationibus, & luxuria frenata laxabant. Adhuc apertius S. Anselmus loquitur in s. l. c. 11. Multi homines post Pascha variis infirmitatibus corripuntur, quia Corpus Redemptoris indignè receperunt. B. ferm. 70. n. 21. 22.

Durand.  
in c. 102.  
166.

S. Ansel.  
in s. l. c. 11.

## 59. Praservat a peccatis, &amp; tentationibus.

Panes propositionis duodecim erant, & unus ponebatur super alterum, ut calor

calor conservaretur: ita Eucharistia conservat calorem caritatis. B. ferm. 62. n. 23.

Dum Manna pluit Israeli, non erat in tribubus eorum infirmitas: ita infirmitas animæ locum non habet, ubi cælestis hoc Manna frequentatur. B. ferm. 70. n. 8. ad finem.

Tunc salies sicut cervus claudus, id est peccator, qui antea vix reperere poterat in semita mandatorum, & via cæli exultabit, si muniatur hoc pabulo confortante. M. conc. 34. aff. 3. n. 6.

Elías bis sumpsit panem, & dum prima vice lassus ac fatigatus obdormivit, altera vice potuit ambulare usque ad verticem montis. B. ferm. 80. n. 7.

Corvus Elías ferebat panem, & carnem: an non comedit carnem volucris carnivora? non: nam panem ore, & carnem pedibus gerebat, & sic comedere non poterat. Tu quisquis es carnis pruritu non senties, si ore feras panem Eucharisticum. B. ferm. 80. n. 16.

S. Bernardus ait: si quis vestrum non tam sæpe modo non tam acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ &c. gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo. S. punct. 152. fol. 482.

Israelita post Agnum Paschalem jubebantur septem diebus comedere azyma. Quare? ut significetur, quod nihil de fermento Ægyptiaca vitæ retinere, sed toto corde virtutis iter ingredi debeant. C. Exod. 12. v. 15. Qui postea fermentum comederit, peribit anima illa, id est, morte puniebatur. Ibd.

## 60. Hominem firmat in fide.

Discipuli euntes in Emmaus vacillant in fide, sed agnoscunt Dominum in fractione panis, ait Sanctus Eucherius. M. conc. 7. aff. 2. n. 3.

In omnibus sumentes scutum fidei: quale scutum hoc est? fides pingitur cum Ss. Sacramento in manu, ait Arelius: scutum fidei ergo est sanctissimum Mysterium. B. ferm. 80. n. 15.

Sacerdos multis dubiis & scrupulis circa hoc Sacramento agitur rem committit Beatissimæ Virgini. Dum aliquando sacrum legit, ad Pater noster disparet illi Ss. Hostia. Dum circumspicit videt Mariam sibi dicentem: Ecce, quem consecrasti, quem manibus tractasti, quem elevasti. En igitur tibi trado Ejus meum, accipe, & consumma Missæ Sacrificium. Accipit Sacerdos puerum,

in corporali reclinat, & cum ad fractionem Hostia pertigit, non amplius in forma pueri, sed in forma panis apparuit. March. Gandel. Myt. tr. 4. lect. 2. propof. 3. n. 3.

Christus Dominus Apostolos in ultima cena Ss. Corpore & Sanguine suo refecit, quia fides eorum per humilitatem passionis erit vehementer oppugnanda.

S. Edmundus de Ss. Trinitate, & altissimus fidei mysterium, instar doctissimi Theologi illuminatissima eruditione disputabat. Mirabantur omnes novum Thomam aut Augustinum. Verum competunt est, quod pridie candidissima columba illi sacram Hostiam de celo attulerit, a qua sine dobio caelestem hanc scientiam hausit. Sarius.

## 61. Munit ad mortem.

Christus antequam ad passionem ivit, seipsum quasi communicavit ad mortem per institutionem Sacramentæ Eucharistia. M. conc. 1. aff. 2. n. 8.

Sancto Abrulfo septuaginta Monachi peste abrepti sunt, inter quos erat Aufbertus: cum ergo Abrulfo domum rediit, interrogavit, an Ausbertus sacra Communione ad mortem fuisset munitus? responsum fuit: Non! tunc defunctum a mortis excitavit, & sacro Viatico refectum iterum dimisit. Sanchez part. 7. c. 4. fol. 976.

Ramus Rex Hispaniæ a Saracenis captus in montes fugit, ibi apparuit illi S. Jacobus, promittens victoriam, ea lege, ut milites omnes se sacra Communione munirent. Factum, ut præceptum! & ecce! Hispani innumerabilem stragem barbarorum fecerunt, qua Sicilia tota ab eorum iugo liberata est. Sic, mi Christiane, roborare Ss. Eucharistia, & vinces totum inferni exercitum. Loh. Bib. V. Communio §. 3. n. 11.

Israelita agnum Paschalem cum baculis in manibus comedeant, tanquam itinerantes: cum igitur iter ad æternitatem instat, Ss. Eucharistia in modum Viatici lumenda est, quia specialem tributum assistentiam Angelorum, & gloriosam resurrectionem corporum. C. Exod. c. 12. v. 47. in fine.

Hinc omnes Sancti, etiam in eremis habitantes sollicitè curant, ut in morte Ss. Viatico munirentur. S. Magdalena post triginta annorum solitudinem vocat S. Maximum Episcopum, ut sibi Ss. Corpus Christi afferret. S. Honoratus Episcopus Vercellensis ab Angelo admo-



neat, ut sine mora S. Ambrosio moriturus succurreret. Sancta Maria Aegypti mirabiliter submititur. Zolimas sacerdos, qui illam ante mortem SS. Eucharistia refecit. &c. Daveroult, de Sacram. 5. tit. 17.

Sacrificium Missæ.

62. Quanta munditie debeat celebrari.

Ubi poteris habitare cum igne? ubi Lyranus: id est digne ministrare in altari holocaustorum, ubi erat ignis perpetuus. S. punct. 153. fol. 479.

Lavantes vestimenta sua, ubi Ambrosius: Dices Sacerdos, ut mundum corpus celebrandis adhibeas sacramentis. S. punct. 152. fol. 486.

Sacrificari in Veteri Testamento prohibebantur accedere ad uxorem, quanto magis in lege gratiæ sacrificari ab omni immunditie liberi esse debent? David acceptus panes propositionis interrogatus si mundi sunt pueri? &c. S. 1b. fol. 486.

Abbas Mutus cum socio suo invitati sunt ordinati ab Episcopo, ideo nullus per omnem vitam sacrificavit: dicere solebat Abbas: sacrificent, qui sine culpa sum, ego non sum. &c. E. Ordo n. 3. Omnia vestimenta sacerdotalia admovent Sacerdotem, ut induat iustitiam & puritatem. N. 6. April.

Christus Dominus pro Nativitate elegit Matrem purissimam sine macula, & post mortem elegit sepulcrum, in quo nemo positus erat. Sic cor debet esse Sacerdotis, illibatam, in quo nullam faciem cadaver, id est, nullum peccatum receptum fuit. Hinc Sancti tergiversati sunt, & contempnerunt ordinati in Sacerdotes. Sancto Francisco Seraphico Angelus ostendit phylam crystallinam lucidissimam purissimam, dicens: En Franciscus, sic coram Deo constituta esse debet anima Sacerdotis. Sacerdos, ait S. Laurentius Justinianus, quantum Angelicis non vice fungitur, Angelicam potius, quam humanam debet habere conversationem.

Tempore Tiberii accusatus est Vir, quod vas immundum tetigerit manu illa, in qua annulum cum Imperatoris imagine ferabat. B. ferm. 27. n. 19. Sanctus Hieronymus ait: Dic mihi, quidquid ea, qualiter itis labiis oscularis

63. Celebrare in peccato ingens scelus.

Sacerdos cum hospites ad convivium invitasset, pisces illis parari iussit, & ipse interim celebravit: sed distractissimus, quia semper metuebat, ne piscibus plus aut minus salis adhiberetur. Subito ergo adfuit demon in cacabo pisces cum sale afferens, & dicens: ecce! adest cibus, de quo angeris, insperge sal &c.

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

filium Dei, quibus oscularis es labia metricis? S. punct. 152. fol. 484.

Deus gravissime invehitur per Prophetam in Sacerdotes, eo quod offerit super altare panem pollutum, &c. dicitur, in quo pollutus est hoc. S. punct. 152. fol. 481.

Sacerdoti indigne celebranti labia & nates computrescunt: alteri manus in altari usque ad cubitos comburuntur. E. Missæ n. 5. Alius non panem, sed infantulum manducare visus est, qui vero manibus & pedibus relictus nolebat os Sacerdotis ingredi. Postquam autem Sacerdos ventituit, infantulum libens intrabat. E. Missæ n. 8. Vi de Marchant. de Sacram. Lect. 9.

Theodorus Episc. calicem pro sacrificio emptum statim objecit, infansculum libens intrabat. E. Missæ n. 8. Vi de Marchant. de Sacram. Lect. 9.

Oratur, & ecce! calix nigricantem formam induit. Cum restitutus fuit artificis, factus is est, quod argentum calicis ab impudenti femina accepit. Si hoc de argento, quid de corde sacrificantis? N. 22. April.

Sponsus postquam comedit mel & favum invitavit amicos: Comedit amici? Cant. 5. amicitia autem est Dei gratia: sicut ergo Communicantes, ita & Sacerdotes, procurare debent statum gratiæ, antequam sacrificent: discutant conscientiam, manus & pedes, atque an nihil criminis illis inhæreat, qui enim vult ascendere in montem Domini, necesse est ut sit innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam. Marchant. de Sacram. tr. 4. lect. 9.

64. Celebrare distractis & negligenter Deo odibile.

Christus Dominus Juda proditori æternum vae comminatus est: Quare? non solum ob crimen prodicionis, sed etiam ob alia scelera: dum enim sedebat ad cenam, ajebat Christus: Ecce manus tradentis me manum est in mensa, ubi dicitur: Non animus, non pia affectio, non consideratio. Væ igitur celebranti, qui tantum corpore tenus in altari est. &c. B. ferm. 27. n. 20.

Sacerdos cum hospites ad convivium invitasset, pisces illis parari iussit, & ipse interim celebravit: sed distractissimus, quia semper metuebat, ne piscibus plus aut minus salis adhiberetur. Subito ergo adfuit demon in cacabo pisces cum sale afferens, & dicens: ecce! adest cibus, de quo angeris, insperge sal &c.

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc

hæc autem dicens, mire Sacerdoti insultabat. E. Missæ n. 9.

Magna idem irreverentia est celebrare Sacrificium sine debita gratiarum actione, id quod iterum adverti potest in Juda proditore, dicente sacro textu: Cum accepisset buccellam, exivit continuo, ubi subiungit Chryst. Nisi ille exisset, proditor falsus non fuisset: Judam imitantur, qui ante ultimas gratiarum actionem discedunt. B. ferm. 27. n. 21.

Quamquam venialia peccata antecedentium sumptionem, & celebrationem SS. Eucharistia non impediunt, impediunt tamen illius effectum venialia concomitantia, uti tepiditas, distractiones voluntarie, & negligentia preparationis, ac devotionis. Figura huius obligationis habetur in comedentibus Agnum Paschalem, nam 1. comedere illum debebant cum azymis, id est cum puritate conscientiæ. 2. Cum lactucis agreilibus, id est, cum contritione animi, & recordatione amarissimæ Passionis. 3. Nil crudum, aut non coctum adhibere poterant, id est, nil perfuntorie agendum, sed cum magna consideratione, & desiderio. 4. Comedebant stantes, & sellinantes, id est, cum spirituali aviditate. 5. Rens accendi, id est, cum castitate, & mortificatione, &c. March. de Sacram. tr. 5. lect. 11. prop. 2.

65. Celebrari debet cum magno fervore.

S. Maura Virgo Trecentis diligentissime indumenta sacerdotalia curare solebat. Hæc devotio adeo placuit Deo, ut cuidam Albe sacerdoti propriis manibus a Virgine consecræ, & Episcopo Prudentio donatæ hanc virtutem imperierit, ut non solum Episcopo, sed etiam aliis sacerdotibus, hæc alba ad Missam utentibus donum pietatis infunderet, ut protinus (præter alia solaria spiritualia) in pias lacrymas fuerint effusi. March. 12. Aug. Utinam hæc Alba adhuc extaret in reorum natura, aut omnia vestimenta sacerdotalia haberent hunc effectum, ut multi Sacerdotes admoventur suæ obligationis, qui sacram actionem luride deperant, aut ea penuria statim ad fabulas aut negotia dilabuntur. Venerabilis Avila talem Sacerdotem statim post sacra e templo dilatum moneri iussit, Christum esse honestum Virum, adeoque alloquio dignissimum, &c.

S. Chryst. ait: Per id tempus locus altari vicinus in illius honorem, qui im-

molatur, Angelorum choris plenus est. Sicut ergo Sacerdos Angelorum choris immixtus est; ita Angelorum caritate ardere debet.

66. Prærequirit, & movet ad penitentiam.

In Veteri Testamento lotiones pedum erant in usu ante convivia. Salvator vinum in nuptiis non dedit, nisi prius aqua afferretur. Pascha comedit, ubi amphora aquæ in domum inferebatur. Ex Christi latere aqua cum sanguine fluxit, ut, qui aqua se lavissent, ait Tertullianus, etiam sanguinem biberent. S. punct. 152. Labrum aneum olim stabat ante ingressum templi, ut Sacerdotes introeuntes tabernaculum prius lavarentur. S. punct. 152. fol. 486.

Cur Petrus statim egressus Flevis amare? Respondeo, quia a servo fuit interrogatus, nonne vidi te in horo? En! mendio horti, ubi Christus sanguinem flevit, commovit animum Petri ad penitentiam. M. conc. 10. §. 1. n. 9.

S. Chryst. ait: hic sanguis effusus universum abluit orbem terrarum: hoc lavatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, &c. S. punct. 4. fol. 547.

Sanguis Christi medicina est contra omnia scelera: ait Aug. lusus est sanguis medici, & factum est medicamentum phrenetici. Et Bern. Filius Dei Altissimi jubetur occidi ut vulneribus meis pretioso sanguinis sui balsamo mederetur, &c. S. punct. 37. fol. 772.

Christus Dominus semel aqua lavit pedes Apostolorum, nunc quotidie nos lavat suo sanguine. M. conc. 10. ass. 1. n. 6. & seq.

Dives Epulo frustra clamavit aquam: clamasset hunc sanguinem, & serfam veniam consecutus fuisset, quia hic sanguis extinguit gehennam. M. conc. 41. ass. 4. n. 18.

Populus Israel Deum vidit, postquam a Moyse confersus fuit sanguine: ita nos Deum non videbimus nisi confersi Sanguine Christi. M. conc. 10. ass. 1. n. 3.

Sanguis Abelis clamavit vindictam de terra contra suum interfectorem: sed longe potentius elamat Sanguis Christi ad nostram propitiationem. M. conc. 10. ass. 1. n. 5.

Sicut sanguis cervi faucis viam monstrat inferneque: ita Sanguis Christi semitam cæli ostendit, &c. M. conc. 10. ass. 1. n. 7. 8.

S. Chryst. Hom. de Euphr. Christi.

S. Chryst. 1. 8. de Sacer.

S. Aug. in Leon. 4. heres. Bern. 3. de Nat.

Asyllon. Alucin. Luc. 21. n. 110.

S. Exort. 1. 3. de Benef. 10.

Seneca. 1. 3. de Benef. 10.

67. *Ab indigno Sacerdote celebratum non perdit valorem.*

Intuere pretiosam illum & marmore & metallo confectum fontem: aqua ex faucibus Draconum & serpentum exilit. Quis vellet bibere hanc aquam? Et tamen saluberrime bibit: Quare? quia originem suam non habet in ventribus aut faucibus draconum, sed ex limpidissima fontem, quae per oculos meatus & canales procul huc advehitur. Patrem in modum Sacrificium non perdit valorem; quia non ab hoc malo Sacerdote, sed aliunde, nempe a Christo originem habet.

S. Franciscus Sacerdotis mali manus ad confusionem haereticorum pie osculatur, inguens, per peccaminosum ejus vitam non derogari virtuti Sacramenti.

*E. Sacerdos 1.*  
Cum Scribae & Pharisei videntes miracula Christi, solliciti essent de Synagoga & sua secta, reposuit Caiphas: Expedit vobis, ut unus homo moriatur pro populo, & non rota gensperat. Ubi facer textus subnequit: *Hoc a semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit, quia Jesus moriturus erat pro gente.* Sed nunquid Caiphas erat sceleratus, & si non auctor, certe participes atrocissimi criminis Deicidii? Ita omnino est! sed non obstante sua impietate, quia fuit Pontifex, fundere debuit oraculum Divinum. Patrem in modum, et si Sacerdos sit sceleratus, actionem tamen Divinam, non suo, sed Dei nomine peragit.

Numerus Aureus cum effigie Caesaris non perdit valorem, etiam si immundo marfupio includatur: Edictum regium honorabile est, etiam si immundis manibus tractetur, aut saeculenti ore promulgetur. Ita Sacrifcium non maculatur ex vitio mali Sacerdotis &c.

68. *Est mystica renovatio Passionis Domini.*

Summus amoris excessus est pro altero mori, juxta illud: Majorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam det. Sed haec caritas habet eam imperfectiorem, ut qui una vice moritur, non possit pro illo iterum mori. Christus ut nos amavit, ut semel in cruce pro nobis mortuus fuerit, sed cum videret, se non amplius mori posse, Superi! quid excogitavit! invenit modum in Sacramento ite-

rum moriendi, & repetendi mortem, non perdendo vitam. Videtur spongia allussisse ad hoc prodigium amoris: *Fortis ut mors dilectio, dura ut infernus emulatio.* *Caust. 8.* Amor ergo est sicut mors, & si ex amore fiat emulatio est sicut infernus. Quae ergo differentia inter mortem & infernum? Mors tollit vitam, infernus continuat mortem. Christus in cruce habuit amorem, ideo posuit vitam, in SS. Sacramento habet emulationem, quia quasi continuat suam mortem; in cruce mortuus est semel, in Sacramento moritur quotidie.

Christus passus est in cruce semel, sed hoc non contentus iterum moritur in Sacramento. Cur? audiamus figuram scripturalem: scimus quod mors Christi fuerit figurata in Abel, & in Isaac: quare autem hoc? Non ut resuscicaretur innocentiam victimae, sed ut mutaret manum impii Ministri, scelerato Caino substituendo pium Abrahamum: In Abel operabatur invidia, in Abrahamo amore, sacrificium Abelis fuit cruentum, Abrahami incontinentum. Sic proportionaliter loquendum est de morte Christi in cruce, & morte Christi in sacrificio; cogitatio haec est pulcherrima S. Gregorii Nysseni: Voluit Christus in Sacramento purificare passionem suam, substituendo pro iniquis Ministris sanctiores, nimirum se, sacerdotem, & communicantes, qui quoties hoc mysterio fruuntur, mortem Domini renovant, sed modo prolixius sanctiore.

69. *Est Deo gratissimum.*

Sacerdos Romae ex apoplexia memoriam omnem, & loquelam perdidit. Cum autem ad altare admitteretur totum sacrificium ordinatissime ac distinctissime legit, ea etiam que memoriter recitanda sunt, recitavit, cum tamen extra altare nec verbum pronuntiare poterit. Similiter alius ex senio cecus, cum ad altare accedebat, characteres Missalis perfecte omnes, & extra hunc nihil videbat. J. 80.

Et quidni gratam sit Deo, cum sit thesaurus, & pretium infiniti valoris. Nostra debita erga Deum sunt infinita, sacrificio autem omnia possumus expungere: tenemus Deum honorare modo infinito propter ejus Majestatem, propter offensas illi illatas, propter beneficia ab eo accepta, & accipienda, atque his omnibus debitis satisfic per Sacrificium Missae. P. Hom. Chr. p. 1. disc. 12. n. 2.

SI

Si Beatissima Virgo in caelis, cum omnibus Angelis, & Electis Dei coram throno Ss. Trinitatis se prosternerent, atque Deo honoris, laudis, humilitatis, atque omniumque virtutum obsequia offerrent, necniumque Deo caesarent tantam complacendum, quantum illi causat in terris vel minimus Sacerdos offerens sacrificium.

Dices: Sacrificium Missae est Memorialis cruenti sacrificii in cruce: sicut ergo Rex delectari non potest memoria latrocinii filii sui, ita nec Deus! Respondeo, est magna disparitas: Dei Filius libere ex amore obedientiae erga Patrem, & Misericordia erga humanum genus subit mortem crucis. 2. Per hanc mortem factus est Dominus caeli & terrae, Judex vivorum & mortuorum. 3. Resurrexit gloriose, & debellavit tyrannidem infernalis Luciferi. 4. Innumerabiles actus adorationis, amoris & gratitudinis per omnem aeternitatem sibi conciliavit, quorum nihil verificatur cum filio Regis, &c.

70. *Est sacrificium Eucharisticum.*

Deus ut graviter quotidie offensus, infinita nobis largitur beneficia, hinc etiam exigit a nobis infinitam gratitudinem: Verum ubi inveniemus ararium tam locuples? *Quid dignum poterit esse beneficiis ejus?* certe ex nobis nihil haberemus, nisi Deus Ss. hoc Sacrificium instituisset, &c. P. p. 1. disc. 12. n. 10.

Quin imo videtur, per sacrificium, quia illud quotidie, & millies litatur, Deo plus reddi, quam ille nobis dederit, tantum unica vice dando nobis suum Filium. Et sic adimplemus legem gratitudinis ultra doni accepti mensuram. P. p. 1. disc. 12. n. 12.

Optima beneficiorum custos, ait S. Chrysolomus, est ipsa memoria beneficiorum; hinc illa salutaria mysteria, quae in Ecclesia celebrantur, Eucharistia, seu gratiarum actio nuncupantur.

Dominus Deus innumerabilia peccata homini contulit: illum ab aeterno dilexit, in tempore ex nihilo creavit, per plurimos annos conservavit, valedudinem integram dedit, ad sanctam salvificam fidem vocavit, sua morte & sanguine redemit, post peccatum poenitentiae gratiam indulgit, suo corpore & sanguine pavit. Aliaque plurima beneficia illi contulit, ita, ut si vel unico momento a conservatione illius cessasset, ille in suum nihilum relapsus fuisset. Jam interrogat S. David, *quid retribuam D. Claus Spicil. univers. Pars III.*

*Domino pro omnibus quae retribuit mihi? si Domino Deo totum me corpore & anima coram te consecrem, quasi nihilum erit coram oculis immensae Majestatis. Igitur Christus Dominus Missae Sacrificium Eucharisticum instituit, ut haberemus infinitum donum, quod pro infinitis beneficiis illi in gratiarum actionem rependeremus, &c.*

71. *Est sacrificium Latreuticum.*

Si cuilibet dignitati debetur proportio-natus honor, certe Divinae dignitati debetur infinitus. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus. Sed quid possumus Deo condignum tribuere? totum mandus quasi nihil est ad ejus comparationem, qui est rerum omnium conditor. Nihil est dignum Deo, nisi ipse Deus: Deus ipse de suo throno descendat, ut fiat victima in altari, sicquodum respondeat Excellentiae Majestatis, &c. P. p. 1. disc. 12. n. 3.

Devota anima optabat, ut Deum mille linguis laudare, mille cordibus amare, & illi omnes creaturas subdere possit: Deus respondit, hoc omne & infinites plura fieri per unum sacrificium. Deo majus honoris tributum penditur per unum sacrificium, quam per obsequia omnium Beatorum &c. P. p. 1. disc. 12. n. 4.

Certum est, quod Divina Majestas per excellentissimos virtutum actus, fidei, spei, caritatis, Religionis, aliosque adorari debeat: hi autem actus, habitusque virtutum per Sacrosanctum Missae sacrificium imperantur, & excitantur: hinc ait Rupertus Abbas: per hoc sacrificium caritas Christi concalcescit, perbat super fundamentum suum aedificium fidei. *Rub. Ab. de Div. 10. l. 2. de Prop. ad Miss. 1. 2.* Et S. Bonaventura: Tolle hoc Sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo, nisi error, & infidelitas, populus Christianus erit quasi grex pecorum dispersus, & idololatriae deditus, sicut patet in ceteris infidelibus.

72. *Est sacrificium propitiatorium.*

Deum graviter offendimus, & adhuc quotidie ad iram provocamus. Haec est tanta injuria, pro qua satisfacere non potest totus orbis: Deus solus potest placare iram Dei; hinc est, quod antiqui Patriarchae tam ardentem desiderant adventum Messiae. Sic ira Numinis primo placata fuit per sacrificium cruentum crucis, & quotidie placatur per fa-

Ep. 450.

Rub. Ab. de Div. 10. l. 2. de Prop. ad Miss. 1. 2.

C

cri-

fructum incrementum Altaris. Jam dudum mundus perisset, nisi esset hoc Sacrificium. P. 1. par. disc. 12. n. 5.

Olim Deus erat plane austerus; ob adulterium viginti millia Benjaminitarum occidi gladio voluit: ob superbam levitatem Davidis misit pestem funestissimam. Ob unum obtutum curiosum in Arcam Betsamarum quinquaginta millia occidit, &c. Quæ causa est, quod nunc Deus sit mitissimus, & patienter dissimulet peccata? Sacrificium Missæ in causa est, quod quotidie, & semper offertur. P. 1. disc. 12. n. 6.

Quia in Veteri testamento hoc sacrificium deerat, ideo illi cum omnibus suis ritibus non poterat placare Deum. Nunc autem non est alia ratio efficacior propitiandi Deum, quam hoc sacrificium. In Græcia pestis sedatur per ignes accensos, quibus aer purgabatur; nunc cum publice calamitates grassantur, signum est aerem peccatis esse infectum: huic malo non est potentius remedium, quam si ignis ille Divinus in Altari accendatur. P. 1. disc. 12. n. 7.

Sicut sacrificium incrementum Christi, ita & incrementum impetrat remissionem peccatorum eius, pro quibus offertur, in quantum illis impetrat gratiam contritionis, ait S. Thomas.

Scimus, quam graviter & austerè Deus in Veteri Testamento peccatum punierit. Mundum universali cataclysmo submergit: Ob Davidis populum numerantis ambitionem, septuaginta hominum millia peste extinxit: Betsamitæ ob insperatam curiose arcam quinquaginta millium strage puniuntur. Cur nunc Dominus Deus adeo mansuevit, ut peccata dissimulet? Ratio est, quia propitiatur sacrificio, &c.

### 73. Est sacrificium satisfactorium.

Divina Justitia potest quemlibet peccatorem illis verbis compellere: *Redde, quod debet*: redde honorem, quem peccatis tuis mihi abstulisti. Quomodo autem honor ille reddendus est? vitæ omnium hominum non satis sunt ad expungendum unicum peccatum, multo minus vitæ animalium. Huic autem injuriæ plene satisficit Victimam Divinam Christus in sacrificio, &c. P. 1. disc. 12. n. 8.

Quidam miles in pugna vulneratus, & captivatus vinculis ligari non potuit: venditus in servitutem, iterum vinculis, ultro dissilientibus ligari non valuit, quia

ejus cognatus sacerdos frequenter pro eo sacrificium faciebat. E. *Eucharistia* n. 11. Quanto magis sacrificium distumpet vincula animarum purgantium.

Concilium Tridentinum ait: Sacrificium Missæ, & sacrificium crucis unum idemque est, & unus idemque offerens per ministerium Sacerdotum, qui in cruce se Divino Patri obtulit. Sicut ergo pro sacrificio crucis Christus satisfecit pro peccatis totius mundi, ita per sacrificium Missæ hodieum pro peccatis nostris satisfecit. *Nihil hoc sacrificio acceptabilius Deo Patri pro reconciliandis peccatoribus, ait S. Laurentius Justinianus.*

Monachus, Nomine Justus, quia contra votum paupertatis aliquid pecunie reservavit, in morte a fratribus deseritur, & sepultura sacra privatur, cum his verbis: Pecunia tua sit tecum in perditionem! S. Gregorius miserum Justitiam (fuit enim illius discipulus) mandat Priori Monasterii, ut triginta diebus pro defuncto sacrificaret: triginta die apparuit anima, & pro sua liberatione gratias egit.

Sacerdoti cuidam thermis salutaribus utenti ignotus famulus peramanter serviebat. Sacerdos illum denique mercede remunerari voluit, sed audit, se non hominem, sed animam esse ad expianda peccata huc relegatum, rogare se, ut placulare sacrificium pro se offerret. Fecit id Sacerdos, & spiritus non amplius comparuit. Vide Dayeroulum cap. 5. tit. 19.

### 74. Est sacrificium Imperatorium.

Virtus Religionis nos obligat, ut Deum omnium bonorum, quæ accipimus, & speramus, fontem esse proficamur: id est, ut illi offeramus. *Invoca me, & respondet mihi. Quis autem est dignus a Deo aliquid impetrare, qui quotidie offendimus? Nemo est dignus, nisi haberemus Ss. Sacrificium.* P. 1. disc. 12. n. 13.

Cum ipse Dei Filius in Ata licatus preces suas nobiscum conjungat, easque Divino Patri offerat, judicate quam potens sit hæc oratio, & intercessio. P. 1. disc. 12. n. 14.

Si ipsa Beatis. Desiprens de cælo delapsa Filium suum pro nobis supplex interpellaret, quantum spei in illius precibus collocare possemus? & ecce! non Deipara sed ipse Dei Filius advocatus noster est, quid poterit Divinus Pater ejus innocen-

nocentiæ negare? Alphonfus Albuquerque in periculo naufragii innocentem puerulum versus cælum orans suscitavit, & mare sedatum fuit: quid fiet si sacerdos JESUM Dei Filium elevat, &c. P. p. 1. disc. 12. n. 15.

Manera humanis iudiciis sunt prohibita; quia excecant, & justitiam infringunt. At in Divinis nostra est obligatio, ut Deum summis, quibus possumus, muneribus honoremus. Cum igitur minus Ss. Sacrificii sit infiniti prelii, utique justitia Dei vicissim obstringetur, ut nostri miseretur: si Deus hautum frigidæ non sinit impræmitatum, quomodo non omnia dabit pro sanguine Filii sui, &c. P. p. 1. disc. 12. n. 16.

Solet, qui beneficium ab altero impetrare desiderat, illius voluntatem muneribus præparare. Sic Patri æterni voluntas oblatione Christi disponitur, ut nihil possit negare. Abraham obtulit filium, non actum sed voluntatem, & Deus continere se non poterat, quin diceret: *Benedicere benedicam tibi!* quid ergo negabit offerenti Christum, Filium suum? *Osor. tom. 4. de Sac. Missæ.*

### 75. Prodest in tentationibus & necessitatibus anime.

Nostra tepiditas in causa est, quod salutares effectus sacrificii non sentiamus: si cum ea, que par est devotione, illud audiremus, possemus totum infernum debellare. Nobilis depauperatus insolentissimis desperationis tentationibus exagitabatur: a Confessario consilium recipit, ut nullo die sacrum intermitteret: aliquando sero veniens audit ab obviantibus rusticorum finium jam esse lamentatum ille, & illi offert fructum Sacrificii pro suo pallio: faciunt hoc pactum: & ecce! rusticus isdem tentationibus obrutus se in arbore suspendit. Agnovit Nobilis vim sacrificii. P. p. 1. disc. 12. n. 17.

Sacrum devote audiens consequitur augmentum gratiæ, remissionem peccatorum temporalis, beneficium quod rogat, exercet actus virtutum, comparet in presentia Christi: hæc omnia, ait Tolerus, sunt ingenia bonum; hinc homines sancti nullo die intermiserunt auditionem sacri. C. Exod. 29. v. 39. f. 564.

Nobis quidam desperationis tentationibus turbatus consilium a confessario accipit, ut quotidie sacrum audiret. Paruit ille, & efficacissimum hoc remedium expertus est. Aliquando serius ad templum

veniens audit sacrum jam esse finitum, nec supersse aliud: rogavit ergo rusticum, ut sibi mereretur, quod ex auditone Missæ collegisset, sibi condonaret, id si feceris, ajebat, en hoc tibi pallium dono dabo! contentus rusticus Nobili cedit meritum, & pallium accipit: verum miser una cum pallio tristitiam desperationis induit, & paulo post laqueo se suspendit. *Pedagog. Chr. p. 2. c. 9. §. 2.*

### 76. Quomodo utiliter audiendum.

Sub Sacrificio spirare debemus reverentiam tam externam quam internam. Externam, ita ut caveatur omnis ritus, garrulus, & immodestia; quia Angeli contemserunt. P. 1. disc. 12. n. 21. Internam autem, que tanta est, quanti Deum altissimus. Siquis erento crucis sacrificio præsens assistens, quanta reverentia tantum opus spectasset. Non minori Religiosis sensu assistendum est Altari, in quo opus nostræ Redemptio exercetur. Est autem hoc opus tam Divinum, ut si Christus pro eo quod mortuus est, maluisse Missæ Sacrificio satisfacere, illud suffragium fuisset ad satisfaciendum pro peccatis totius mundi &c. P. p. 1. disc. 12. n. 22.

Dein cogitet quilibet, se non tantum assistere sacrificanti, sed etiam simul sacrificare: sacerdos legatus est totius populi, & populus præsens hæc legationem una cum illo prosequitur: hinc dicit *orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat.* *Enc. P. p. 1. disc. 12. n. 23.*

Propterea quisvis, dum templum ingreditur, patet sibi a Divina Justitia dici: *Redde quod debet.* Dein in genua proci-dens dicat: Ita mi Deus reddam tibi! debeo tibi honorem, debeo tibi satisfactionem, debeo tibi gratiarum actionem, debeo tibi beneficiorum novam petitionem; & ecce! hæc omnia tibi præsto in sacrificio, &c. P. p. 1. disc. 12. n. 24.

S. Mechthild promittit Dominum, quod homini tot sanctos in mortis articulo in auxilium submittere velit, quot sacrificia in vita devote audit. *Lib. 3. c. 19. §. 9. Sept.*

Quotidie audire sacrum, maxima utilitas 1. Quia audiens consequitur gratiarum augmentum. 2. Peccatorum remissionem. 3. Quod petit impetrat. 4. Actus virtutum exercet. 5. Comparet in presentia Christi. Ideo S. Anselmus, cum ob senium sacrificare non amplius posset, quotidie Missam audivit. Et S. Thomas summis in studis quotidie unam Missam legebat, & alteram audiebat. C. Exod. 29. v. 37.

77. Reverenter audire predest etiam in temporalibus.

Ex duobus futuris unus, qui quotidie sacrum audiebat, ditatur, alter qui neglecto sacro incessanter laborabat, de pauperat. Interrogans ergo vicinum, cur illi omnia prospere procederent, motus est, ut quotidie sacro interesset, & sic Divinam benedictionem expertus est. *E. Ecclesia n. 5.*

Ephesus innocens accusatus ab aulico de impuro amore erga Reginam, ad mortem a Rege & quidem ad mortem combustionis damnatus est. Igitur instigante aulico preceptum est furnariis aut laterariis, ut illum qui eras mane venturus, & an iusta Regis impleta sint, in ignem projicerent. Missus Ephesus, cum in via campanæ signum ad sacrum dari audiret, direxit ad sacellum, audit Missam. Interim aulicus curiosus, an commissus jam esset, accedit furnariis, interrogans, an iusta Regis jam executioni data sint, sine misericordia in fornacem projicerent, Rege agnoscente innocentiam Ephesi. *E. Invidiā n. 10.*

Duo Juvenes die festo exhibant ad auctupium, quorum unus Missam audierat, alter non: exorta terribili tempestate, audita est vox: Percute! percutite! Et statim ille, qui Missam non audierat, fulmine tactus interit: Repetita dein voce: Percute! percutite! alter terribiliter tremefactus est: sed reposuit alia vox: non possum, quia hodie audire: Verbum caro factum est. *E. Missa n. 16.*

Paschalis Vives in Hispania Capiteanus tempore prælii contra Regem Cordubæ Martium, cum audiret Missam in templo S. Martini, visus est in prælio pugnare, & vexilliter occidere, esseque causa victoriæ, cum tamen pugna non interfuisset, Angelo sub eius forma pugnante. *C. Exod. 29. v. 37. E. Missa n. 16.*

Christus Dominus instituit Sacramentum, ut corpus & anima nos divites efficiat, dicente Paulo: *In omnibus divites facti estis.* *P. Hom. Chr. p. 1. disc. 12. n. 2.* Auditione facti adeo non inutiliter perditur tempus, ut Deus certe benedictione sua defecum suppleat.

Cuidam Metallico in aridinis laboranti rupes decidua infra montem viam præcluserat: uxor maritum mortuum putans singulis diebus lunæ sacrificium fecit curat, candelam Beatissimæ Virgini offert, & panem pauperibus distribuit.

Et ecce! singulis diebus lunæ venit ad conspectum pulcherrimus juvenis, qui ei candelam & panem tulit: unica vice emanavit, qua nimirum uxor hoc pietatis officium omisit. Tandem post integrum annum a suis consodalibus liberatus. *R. cent. 2. par. 1. mir. 17. E. Missa n. 7.*

78. Audire sine reverentia peccaminosum.

S. Chryostomus ait: centum & sexaginta octo horas habente hebdomada dimidiam horam sibi segregavit Deus, & hanc in ridicula infumis? stat Sacerdos Dei orationem offerens cunctorum, tu autem rides, &c. *S. p. 18. f. 65. 2.*

Tres Legati Japonenses, Neo-conversi Christiani, cum Belmontii in Hispania transirent, omnis populus in templum conflavit, ubi tres Principes sanctum Missæ Sacramentum audituri erant. Cum monerentur tempus esse ad sacrum, responderunt, nolle se publice Missam audire: causam quaerit subintulerunt, inconvenientem esse, ut sub tam tremendo sacrificio populus oculos passeret, & se ad salutationes, & humanitatis officia provocaret, &c. *R. cent. 3. p. 2. mir. 8.*

Diabolus omni opera studet extirpare sacrificium, cum autem hoc efficere usque ad extremum iudicii diem non possit, id facit, quod fit in bello: cum hosti majores machinæ & tormenta eripi non possunt, scutella fomentaria clavo obstruitur, ut sic inutiles reddantur: sic demon facit; Christianos ad irreverentiam permovet, ut sic sacrificium inefficax reddat, &c. *P. Hom. Chr. p. 1. disc. 12. n. 1.*

Proh quanta est hodie indevotio, quanta immodestia inter sacrificium, garritur, jocatur, alii impediuntur. Viri sunt impudentes, femine evanidæ, &c. eheu! si alio tempore peccamus, sperare postsumus veniam in sacrificio impetrandam: sed si sub ipso sacrificio delinquimus, ubi veniam obtinebimus? *P. p. 1. disc. 12. num. 25.*

Antiquis sacrificiis tam sacerdotes, quam populus summa cum Religione aderat, & ante illud Præco alta voce feculentium præcipiebat. Quanto magis hæc reverentia & silentium requiritur ad Ss. Missæ sacrificium? Puerulo sacrificanti Alexandro lumen tenens, a candelam manus adurit, & ille immobilis persistit, ne turbet sacrificium; quid agendum Christianis? Rana ad mandatum sacerdotis tacet, & Christiani non tacent: *C. Levit. 1. v. 17.*

Sa.

Sacerdos devotus sub sacrificio Missæ vidit retro altare dæmonem in corio scribentem & cum corium scripturam non caperet, illud dentibus more futurorum extendentem. Adjuravit Sacerdos dæmonem, ut fateretur, quid scripsisset. Reposuit dæmon, se scripsisse omnia peccata, garritiones, scandala, & irreverentias sub sacro commissas, quæ Deo cederent maxime ignominia, sibi que & toti orco letitiz. Tunc Sacerdos omnem illum scripturam populo prælegit, cumque ille penitentiam ageret, ecce! tota scriptura in corio evanuit. *E. tit. Eccles. Ex. 5.*

79. Ministratur ab Angelis.

Gregorio I. Pontifici, S. Proculo Episcopo, S. Ofvaldo, Fratri Joanni de Parma Generali Franciscanorum, S. Chryostomo, aliique Angeli servierunt ad aram. *C. Num. 4. v. 49.*

S. Chryostomus, quoties ad sacrificandum ibat, semper templum sanctis Angelis plenum conspexit, qui stupenda cum reverentia & timore altari assistebant. *March. Candel. Myst. tr. 4. lect. 6. prop. 1. E. Missa n. 10.*

S. Euthymius, S. Basilii, S. Gudvvalus, S. Plegulus & alii vident sibi sacrificantibus assistere Angelos. Abbati Leoncio Angelus stans ad cornu altaris dixit: Ex quo sanctificatum est altare istud, ego jugiter illi assistere iustus sum. *C. Lev. 9. in fine.*

Cum Gregor. I. Pontifex die Paschæ celebraret, ad illa verba: *Pax Domini sit semper vobiscum* alta voce respondit Angelus: *Et cum Spiritu tuo.* In cuius rei memoriam Pontifici ea die celebranti ad illa verba nihil respondetur. *C. Num. 4. v. 49.*

Christus Dominus ipse dedit sacram Communionem S. Dionysio Areopagite. In vita Ss. Faullini & Jovite legitur, quod cum baptizasset secundum militem, & etiam sacram Communionem porrigere vellet, nec haberet panem, columba panem de cælis attulerit. *C. Num. 4. v. 49.* Cum S. Bavo in agone S. Eucharistia Sacramentum ardentem desideraret, & nactus ad vocandum Sacerdotem missus a via aberraret, Angelus illum in viam reduxit, ne moriens per temporis moram desiderio suo frustraretur.

80. Est vere Sacrificium.

Christus dicitur Sacerdos secundum ordinem Melchisedech: atqui talis non fuit *D. Claus Spicil. univ. Pars III.*

in cruce, quia in cruce cruentum Sacrificium obtulit, Melchisedech autem nunquam cruentum, sed tantum panem & vinum: ergo talis fuit in ultima cæna. *C. Gen. c. 14. v. 18.*

Sacrificium, quod quotidie immolabat Hebræi, erat agnus mane, & agnus vespere: Agnus hic debebat esse similis agno Paschali, anniculus, immaculatus, Agnus hic symbolum erat Christi, qui tanquam Agnus Divinus, qui tollit peccata mundi, quotidie immolatur, & immolabitur usque vespere, id est, usque ad finem mundi. *Agnus eligitur*, ait S. Augustinus, *ut simplicitas, & innocentia designetur, masculus queritur, ut virtus conprobetur, immaculatus, ut sine crimine.* *C. Exod. 29. v. 38.*

Abrahami immolare volentis filium vespere fuit Sacrificium, etiam non fuerit cruentum: sic augustissimi Missæ Sacrificii incruenta víctima Christus est, qui Divino Patri offertur, ita ut gratius & honorificentius illi nihil offerri possit. In memoriam Divinæ Passionis Sacerdos Christus Deus, & ara crucis vicem gerit, ille ipse Deus immolatur, qui in Calvario monte e cruce precepit. Vide supra: *Est mystica renovatio Passionis Domini.*

Propheta Malachias vaticinatus est: *a Malach. solis ortu usque ad occasum offeretur, &c. 1. v. 11.* sacrificatur nomini meo oblatio munda. Per quam oblationem Concil. Tridentinum, & Ss. Patres intelligunt Sacrificium Missæ. Dicitur oblatio munda tum in se, tum in effectu: *si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitule aspersus inquinavit sanctificat, quanto magis sanguis Christi.* *Marchant. tr. 4. lect. 13.*

Ss. Viaticum.

81. Christiani ad egros portatum devote continentur.

Mirabile est, quod decane in urbe Ulpisponensi narratur. Canis iste solebat diligentissime comitari Ss. Eucharistiam cum ad egros portabatur: quamprimum campanæ signum dabatur, ille e domo in templum properabat, si ædium fores erant clausæ omnibus domesticis erat molestus, donec aperiebatur: in comitatu irreverentes, jacentes, stantes, equitantes tandem latratu terrebatur, donec debitum illi reverentiam Domino Eucharistico exhibebant, &c. *D. 2. 19.*

Rudolphus Habspurgicus comitatur Ss. Eucharistiam ad agrum deportatam, *C. 3* & idco

